





46  
DISPUTATIO INAUGVRALIS

DE

S. R. G. I.

1681, 6

24

SVMMORVM SVBALTERNORVMQ;  
TRIBVNALIVM IVRISDICTIONE  
AC CONCVRRENTIA

QVAM

DEO TER OPT. MAXIMO  
ADJUVANTE

DECRETO ET AVTHORITATE  
MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS  
IN PERANTIQA ET ILLUSTRISSIMA  
ELECTORALI UNIVERSITATE  
HEIDELBERGENSI

PRÆSIDE

PRÆNOBILISS. CONSULTISS. EXCELLENTISS.

DN. JOH. DE SPINA,  
JURIS VTRIUSQUE DOCTORE AC  
EJUSDEM FACULTATIS PROFESSORE  
ORDINARIO  
PATRONO ET FAUTORE SUO COLENDISSIMO.

PRO LICENTIA

SUMMOS IN VTROQ; JURE HONORES AC PRIVILEGIA  
DOCTORALIA RITE AC LEGITIME CONSEQUENDI  
PVBLICE AC SOLEMNI DISQVISIONI  
SVB MITTO

ARNOLD. HENRICUS MÖLLERUS  
LUBECENSIS.

AD DIEM XXV. AVGVSTI. A. O. R. M. DC. LXXXI. H. L. Q. C.

HEIDELBERGÆ,

LITERIS SAMVELIS AMMONII,

KENFRIED  
UNIVERS.  
ZVHALIE

DISPUTATIO  
S. R. G. I.  
SUMMORVM SVB ALTERNORVM  
TRIBUNALIVM IURISDICTIONE  
AC CONCORDANTIA  
DEO TER OPT. MAXIMO  
ADIVANTE  
DE REG. ET APTOR. TATE  
MAGNIFICENTISSIMO ORDINE  
IN PRAESENTIA ET ILLUSTRIS  
RECTORIS UNIVERSITATIS  
HEIDELBERGENSIS  
P. R. O. F. E. S. S. O. R. U. M.  
D. N. JOH. DE SPINA  
HABENS TITULUM DOCTORIS AC  
EJUSDEM FACULTATIS PROFESSORIS  
ORDINARIO  
PATRONO ET AUCTORE SVO COMMISSO  
P. R. O. L. I. C. E. N. T. I. A  
S. R. G. I. I. U. R. I. S. P. R. I. V. A. T. I. C. I.  
D. N. JOH. DE SPINA  
HABENS TITULUM DOCTORIS AC  
EJUSDEM FACULTATIS PROFESSORIS  
ORDINARIO  
PATRONO ET AUCTORE SVO COMMISSO  
P. R. O. L. I. C. E. N. T. I. A  
S. R. G. I. I. U. R. I. S. P. R. I. V. A. T. I. C. I.  
D. N. JOH. DE SPINA  
HABENS TITULUM DOCTORIS AC  
EJUSDEM FACULTATIS PROFESSORIS  
ORDINARIO  
PATRONO ET AUCTORE SVO COMMISSO  
P. R. O. L. I. C. E. N. T. I. A





I. N. D. N. 7. C.

## PROLEGOMENA.

**D**E potestate publico jure introducta cum necessitate juris dicendi aucturus, non de ea quidem, quæ sub temporû Justinianeorû jugo ferme gemiscebatur, sed quæ pulcherrimo libertatis splendore divisa per potentissimi nostri Imperii Membra fovetur ab Aquila, Capite scilicet Imperatore sacratissimo tanquam jurisdictionis securigine, à quâ in augustissimos Imperii Proceres defluit, qui quantum Imperii constitutiones permittunt, eâdem gaudent atque in subditos exercent. Inconvenienter quidem videri poterat post tot exquisiti generis de hoc argumento opera post Homerum Iliada quasi conscribere; Verum quia per jus commune aliquod nulla certa aut in controversias demersa regula de isto extat, aliique ex glossis Bartoli & Baldi, juxta regulas Aristotelis alii jurisdictiones hasce resolvunt, alii excitatis animi motibus, ingeniosis denique alii ratiociniis rapiuntur, quasi in antro Platonis hîc liberè philosophari liceret: Ex summorum ævi hujus virorum scriptis eo, quo Spiræ, ubi augustissimum Cameræ tribunal est, tempore, peregrinatione per Belgium, Angliam & Galliam ad finem perductâ, degi, quædam excerpte, & postquam ex decreto Magnifici Jctorum ordinis in alma hac studiorum Universitate exantlatis pro virili Examinibus pro obtinendis in utroque Jure privilegiis Doctoralibus, non ita pridem obtinui licentiam

entiam conscribendi habendique inauguralem disputationem, loco ejus hac methodo emittere : ut in priori parte sacri Romano - Germanici Imperii summorum, in posteriori subalternorum Tribunalium Jurisdictionem ac concurrentiam sub diversis sectionibus proponam. Quod dum facere aggredior Dei Ter Opt. Max. gratiosam assistentiam devotissime inploro!

## PARS PRIOR

### SECTIO I.

#### De Imperatoris sacratissimi summa Jurisdictione.

**R**eipublicæ nexus, qui in obsequiis populum, in majestate dominationis Principes conservat, Jurisdictio videlicet in Imperio nostro Romano - Germanico suprema, majestatica ac independens gloriosissimis Imperatoribus quasi essentialis indissolubiliter inhæret, *juxta solidissimam Lampadii Philosophiam de R. R. G. lib. III. c. 16. n. 1.* non jure gentium tantummodo: unicuique supremo regenti in Republica (qualis illa fuerit, Monarchica, Aristocratica, Democratica) sicut summum regendi jus (majestatem alias) ita & supremam non circumscriptam jurisdictionem tanquam ejus partem primariam, concedente: cum monstruosum illo jure foret, omne imperium in Republ. limitatum, legibus adstrictum & per consequens jurisdictionem esse. *conf. Du. Pufend. de I. N. & G. lib. VII. c. 6. n. 7.* præprimis, quod omnis limitatio si pro primævo fonte rerum omnium gerendarum venditetur, imperfectionem involvat, & finis Reipublicæ scilicet populi, *juxta Aristot. III. Polit. 4. & 9.* intervertatur, dum ex istis vinculis, jurgia, bella, infinitæque aliæ calamitates profluent. *Hobbes. de civ. c. 6. §. 18.* Sed etiam Imperii Romano - Germanici publico jure: Fatentur acta nostra publica sua spontè, antiquissimis modè etniquè gloriosissimis Romanorum Imperatoribus Jurisdictionem

tionem summam, majestaticam, competere. Cum enim imperium sine legitima & impariali justitiæ administratione subsistere nequeat; In Statum autem Status, neque omnium in singulis ea potestas sit, quærenda est persona omnibus superior, Imperator. *Schubb. tr. de Austreg. c. 2. n. 50.* qui olim successione, hodie electione, olim sine, hodie cum capitulationibus ad Imperium pervenit. Jam constat, quod ante electionem & leges Imperii restrictivas, capitulationes scilicet, proculdubio plenissimam Imperator habuerit potestatem. *Wilh. Ockam. de Jurisd. Imp. in c. matrim. Goldast. Monarch. Imp. tom. 1. p. 18. Dn. Conring. de Finibus c. 19.* Tempore verò electionum ac Capitulationum eandem specialiter non ademptam nec debilitatam retinuisse, possedisse, usurpasse, loquuntur acta omnium antiquarum curiarum & comitiarum unanimiter sententium, fatentur & ipsæ capitulationes à gloriosissimo Carolo V. usque ad nostrum invictissimum LEOPOLDUM *Paurm. de Jurisd. lib. II. c. n. 63.* majestatem summam legibus non definitam Imperialibus plenissimamque ipsis & irrestrictam speresse vid. *excellentiſſ. Dn. Joh. Dekherr. in Vindic. ad Blum. t. 25.* etiam quidem secundum formam Reipublicæ præsentem Imperatores non *παρασιλείαν* seu plenum absolutumque imperium, sed multis in partibus, modò capitulationum Legibus, modò moribus restrictum habeant, jurisdictionem tamen, ut & alia quamplurima summa jura constitutionibus actisque imperii iis adempta nusquam reperiemus. Imò Leges istæ Imperatoribus ab Electoribus præscriptæ disertè promissum ostendunt, ut jus æqualiter Imperator electus administret. *conf. Sleidan. de pact. inter Carol. V. & EE. in iis lib. 1. & capit. Mart. art. 37. Rudolphi II. de a. 1575. Lampad. de R. R. G. p. 3. n. 1. Bæclerus lib. XIII. de Nor. Imp. c. II. n. 3.* Cum itaque hoc verum sit ratione juris, ita ratione facti notorium, sub excessu Friderici III. Imperatoris plenissimam dicendi juris facultatem ipsi, sicut & Antecessoribus ejus Romanorum Regibus & Imperatoribus extra paucissimos ex consuetudinibus Germaniæ à Statibus tum prætenſos casus habuisse & usurpasse; sequentesque verò Imperatores augustissimos retinuisse, ex authenticis Reip. nostræ documentis evidentissimis ratiociniis jam pridem evictum est, & porrò eos nunquam illà vel scriptà vel non scripta lege destitutos vel pacto renunciassè, Statusve in communionem seu singulos seu universos adscivisse vel adsciscendos coactos fuisse, probari potest. *Lampad. de R. R. G. d. c. 17. n. 1. & 2.* Inde sequitur solos Cæsares potuisse

summam hanc jurisdictionem exercere, solosque eandem conferre super  
 premis Dicasteriis Imperii Romano-Germanici ad exemplum aliorum  
 regnorum, quibus Jurisdictio ab iis qui habent *Id regior* concessa fuit.  
 Qualia sunt in Hispania suprema Consilia, in Gallia & Anglia summa  
 Parlemta. *vid. Sleidan. in Gall. descr. comm. Ph. Comminei adj. &*  
*Thom. Smith. de Rep. Angl. l. II. c. 2. & 3.* in Italia Rotæ Ant. Tho-  
 saur. in *Præf. decis. n. 10. & 11.* in regno Castellæ summa Pratoria,  
 Covarr. pp. 99. c. 4. n. 10. & olim in Rep. Judacia summum tribunal  
 seu 70. virorum consistorium, Synedrion dictum, de ejus constitui-  
 one *Num. 11. vers. 25.* & duratione usque ad Herodem Ascalonitara  
 Antipatri filium funditus illud anno regni sui ultimo evertentem *vid.*  
*D. Osiand. in gl. ad d. c. 11. vers. 25.* In Imperio nostro quo nullum  
 majestate & justitia augustius, varia videmus constituta tribunalia  
 summa & subalterna. Illa rursus vel universalia vel particularia.

SECTIO II.

De Judicio Aulico.

Augustissimi aulici dicasterii originem nonnulli fabulis Carolinis affluunt  
 quæ magnam historię Germanorum confusionem intulerunt (*vid.*  
*Joh. Gryphiand. de Weichb. Saxon.*) à Caroli illius re ac nomine  
 M. subsequentiūque Carolinæ propaginis Imp. institutis deducunt;  
 eosque vel ipsos propter negotii gravitatem vel per Comites Palatinos  
 causarum ad summum tribunal delatarum cognitioni vacasse, sequen-  
 tiumque seculorum decursu in eodem fere statu mansisse, contendunt  
 (quæro quis dubitasset Cæsares jus dixisse?) seculo verò XV. propter li-  
 titium insolitam frequentiam, judiciario ordine in totum mutato à pri-  
 stino, Assessorum causarumque Patronos in illud adsciscendos, imo ad  
 novum quoddam, (ut illi quorum interest in hanc sententiam iri loqui  
 amant,) Cæmæ Dicasterium constituendum Maximilianum I. Impe-  
 ratorem 20. 1497. consentientibus Ordinibus, sententias Cæsaris judiciales  
 & immediatas occultè declinantibus & post quinquennium negotio  
 quoque belli & pacis Cæsari abrogaturis, ut autor est Commineus, indu-  
 ctam fuisse probant ex *Lehmann. Chron. Spir. lib. II. c. Stam. de serv. per-*  
*son. in Epist. dedic. in præf. ad lib. I. de proc. Cam. Passov. de Jurisd. lib.*  
*II. c. 6. n. 1. Steph. de Jurisd. lib. II. p. c. 3. n. 4. Blum. in Proc. Cam.*  
*lib. 4.*





4. 2. Alii, Judiciis prætorum Cæsarum suo loco relicti, in  
 seculo XV. nullum præter Cameræ judicium in Aula Cæsaris jus dicen-  
 tis agnoscunt. Translato postmodum illo Judicio in locum aliquem  
 Imperio commodiorem, modernam Cameram eandem cum veteri  
 esse & fuisse; nihil de Judicio quodam aulico, adeoque duobus ju-  
 diciis in historia inveniri; natales ex anno 1549. ordiendos, reliqua  
 nova præscriptione quæ sita memorantes *Londendorpius tom. 1. Actor. publ.*  
*Speidel. voc. Reichs-Hoff-Rath. Boëlerus lib. XIII. c. 4. de Not. Imp.*  
*Aur. des gründlichen Unterrichts p. 7. Befold. de Jurisd. §. 12. p. 32.*  
*Rumelin. ad A. B. p. 3. disc. 6. Corli. 5. Magnif. Dn. Textor de Rat. Stat.*  
*e. XV. §. ad R. I. N. de anno 1654. disp. 1. th. 24.* Quæ sententia, ut-  
 pote Actis imperii publicis historiarumque monumentis consona, tan-  
 quam tutior, ob causas scet, III. hujus partis relatas hic fuit arripienda.  
 Leges cæterò quæ Judicio huic illustrissimo aut præpæ sunt, aut aliis  
 Judiciis communes. Proprias leges constituunt Ordinationes aulicæ  
 die Reichs-Hoff-Ordnungen / quarum I. Ferdinand. I. anno 1559.  
 d. 3. Apr. Augusta Vindelicorum promulgatam, à Rudolpho II. au-  
 ctam exhibet *Lehmannus lib. 1. der Reichs-Handlungen vom Religio-*  
*ns-Frieden c. 37. p. 146. seqq.* II. Est Mathiæ, ab Electore Mogun-  
 tino Statibus anno 1614. communicata & in conventu Noribergensi  
 10. Febr. anno 1615. revisa, nunquam tamen ob Ferdinandeam usu  
 semper prævalentem in observantiam deducta *per Resol. Cas. ad monita*  
*Electorum 15. Apr. anno 1637. §. Schließlich & R. H. D. de anno*  
*1654. in præfat. solius Ferdinandeæ mentionem facientem, à di-*  
*cto Lehmanno quoque d. l. 1. c. 38. citatur.* III. Ferdinandi III. est in  
 Comitibus Ratisponensibus anno 1654. 16. Martii publicata, omnes  
 Iudicii hujus Aulici Assessores Residentes ac Agentes ordinarios &  
 extraordinarios ad ejus observantiam omnium maximè devincit, ex-  
 hibente hanc *Limn. tom. 2. add. lib. IX. c. 4. n. 34. vid. consultif. Dn. Tex-*  
*tor. Disp. 1. th. 26. ad R. I. N. & ad eam observandam in novissima*  
*Capit. Leopold. art. 41. anno 1648. invictissimus LEOPOLDVS se*  
*obligavit, ibi Wir wollen auch die neue aufgesetzte und von unferen*  
*Vorfahren glorwürdigsten Andenkens / approbirte Reichs-Hoff-*  
*Raths-Ordnung / Es sey dann dann das bey künfftigem Reichs-*  
*tag ein andere geordnet werde / fest halten lassen. d. capitul. art. 41.*  
 Communes huic eminentissimo Judicio & aliis in Imperio Romano-  
 Germanico Leges sunt, respectivè quoad principia judicandi & respec-  
 tivè

tiva quoad principia procedendi : Aurea Bulla Caroli IV.  
 Capitulationes , Pax tam profana quam religiosa , Recessus  
 Imperii , Instrumentum Pacis , Statuum, Territoriorum Judi-  
 ciorumque privilegia , consuetudines , Statuta , & hisce de-  
 ficientibus jura Caesarea & Pontificia communia expresse Ca-  
 sari Statuumque consensu recepta vid. R. H. O. tit. 1. §. und  
 weilen 16. tit. 11. §. Wir befehlen auch 2c. Blum. in Proc. Cam. tit. 2.  
 n. 6. 7. seqq. Imò in Inst. Pac. art. V. n. 20. §. quoad Processum. de  
 hoc aulico judicio statuitur, quod Ordinatio Camerae Imperialis  
 quoad processum judicarium in eo per omnia sit observanda, & ne  
 partes litigantes omni remedio suspensivo destituantur loco Revi-  
 sionis in Camera usitata, licitum sit parti gravata à sententia in  
 hoc judicio lata ad Caesaream Majestatem supplicare vel acta judi-  
 cialia adhibitis pro ratione negotii ex utraque religione aequali nu-  
 mero Consiliariis, qui concipiendae & ferendae priori sententiae  
 non interfuerunt vel referentium & correferentium partes non  
 sustinerunt, revideantur. *Illustris Dn. Mauritius in Disput. de Ju-  
 dicio Aulico Caesareo th. 9. & ipse sacratissimus Imperator in R. H. O.  
 tit. 2. §. 8. & 9. refert nimirum omnia augustissimi judicii arbitrio in effectu  
 relicta esse. Quinam, quales & quot ex Protestantibus & Catholicis  
 ad constitutionem hujus judicii autem requirantur. conf. Dn. D.  
 Textor dict. disp. 1. th. 27. usque ad 46. & Reform. Ord. jud. Aulici Fer-  
 dinand. III. tit. 1. vb. alle diese 8. Inst. Pac. Osmabr. art. V. §. 20. vb.  
 sed idem. Capitul. Leopold. art. 39. verb. das seine Majestät. art. 41. n.  
 2. verb. das zu Reichs-Hoff-Räthen. De Jurisdictionis qualitate  
 acriter disceptant Dd. quidam eam delegatam seu mandatam,  
 quidam ordinariam seu propriam contendentes. Intricavit qua-  
 sitionem vocum harum, aliter Philosophiae civilis scriptoribus aliter  
 Iuris, usurpatarum diversa acceptio. Vid. Paurm. de Jurisd. lib. 1. c.  
 12. per l. Illis Jurisdictio in omni Republica soli Majestati seu ei  
 qui re regior in Republica habet, ordinaria & per consequens  
 propria est; Magistratum vero potestas, quibus aliunde demandata est  
 Jurisdictio, delegata ac mandata dicitur. vid. Dn. Bacleri dissert.  
 dejudiciis. Hisce ordinaria seu propria est, quae jure magistratus  
 competit l. 5. ff. de Jurisd. mandata vel delegata quae beneficio &  
 concessione mandantis magistratus exercetur. d. l. 5. l. 16. ff. de Ju-  
 dicio l. 1. §. 1. de offic. ej. Magnif. Dn. Struv. s. i. c. Ex IV. th. 60. Ju-  
 risdictio*

iurisdiclio hinc iudicii aulici priori, juxta Politicos, sensu, cum  
 ab Imperatore dependeat, delegata; posteriori autem secundum  
 ICtos, propria & ordinaria est, cum non à Magistratu quo-  
 dam summæ potestatis instrumento, sed ab ipsa Imperatoria Ma-  
 jestate sit profecta. Hoc ex natura Iurisdictionis Aulicæ lege jam  
 competentis probatur per *Instrum. Pacis art. V. §. quoad processum* & §.  
*visitatio. Capitul. Leopold. art. 41.* Nec ex eo, quod sede Imperato-  
 ria vacante quiescat secundum ICtorum, ordinariæ & delegatæ Iu-  
 risdictionis, terminorum, acceptionem pro delegata habenda est,  
 dum defuncto Cæsare statim Acta omnia à Registratore obsignen-  
 tur & afferentur, & Vicariis interim in terris Imperii sibi af-  
 signatis iudicantibus, omnia in suspensio maneat, donec alius  
 Imperator electus fuit; sed existimandum potius istam Actorum  
 asserationem & suspensionem intuitu expeditionis fieri, cum de  
 stylo aulico processibus Imperator subscribat, adeoque eo mortuo  
 sine styli immutatione interim processus nulli expediri possint. *vid.*  
*celeberrim. Crit. D. Textoris disputationes ad R. I. N. disp. 1. sh. 50. & 51. ideoq;*  
*merum accidens est; nam & Cameram olim mortuo Cæsare prorsus*  
*quiescisse memorat historia; Quam tamen ordinariam iurisdictionem*  
*habere, nec alii Legislatores dissententur. vid. Wismarisch Tribunal*  
*Ordnung p. 1. tit. 5. §. 13.* De cætro illustrissimi hujus dicasterii ipsa ju-  
 risdictione tam in voluntariis quam contentiosis fundata est in omnibus  
 respectu personarum & causarum, nisi Imperii constitutionibus, pri-  
 vilegiis singularibus, aliisve modis exceptio reperiatur. *Reform. Ord. jud.*  
*Aulici tit. 2. verb. In unserm Reichs-Hofsch. Rath.* Quænam autem istæ  
 causæ sint, in quibus iurisdiclio hujus iudicii fundatur, & in qui-  
 bus non, *vid. inf. sect. IV. & V. partis hujus prioris.* Notandum ulti-  
 mo loco, quod causæ majoris momenti, quod tamen in Impe-  
 ratoris arbitrio est, in hoc iudicio agitatæ, antequam committuntur  
 definitivæ & executioni, transmittantur Imperatori ejusque secretio-  
 ri consilio dem Kayserlichen Geheimen Rath cum voto seu iudicio  
 Assessorum *vid. Boëclerus de Novit. Imp. lib. XIII. c. 4.* ut examinentur  
 ad justitiæ & Rationis Status trutinam, videlicet an tali vel rerum  
 alio statu ita pronunciare conducibile sit? an sine magno Imperii  
 motu sententia ejusmodi executioni mandari possit? si difficilis exe-  
 cutio, aliaque timeantur incommoda, conceptæ sententiæ pronun-  
 ciatio paululum suspenditur sæpius ad commodiorem exequendi  
 occasio-

occasione. Uti factum in causa Braunschweig contra Braunschweig das Fürstenthumb Grubenhagen betreffend / & in causa Baden contra Baden; sin vero ejusmodi obstacula non obveniant, haud facile à voto Judicii aulici receditur, und wird es bey des Reichs Hoff Raths Gutachten gelassen. *Reinking. de R. S. & E. lib. 1. cl. 4. c. 10. n. 90. Burgoldens. ad Inst. Pac. p. 2. disc. 20. n. 18. Boëclerus de Notis. Imp. lib. XIII. c. 4. Diversum statuunt Principes in monitis ad Capitul. Leopold. art. 42. n. 5. verb. daß der zukünftige Römische Kayser die Reichs oder Inltitz Sachen für seinen Geistlichen oder andern neben Råthen keines weges vornehmen oder handeln lasse. Limn. tom. IV. lib. IX. s. 4. p. 442. usque ad 445.*

### SECTIO III. De Judicio Cameræ

**C**ameræ eminentissimæ prima cunabula ad annum 1497. Maximiliano I. gloriosissima memorie ascribuntur Catholicis & ex Protestantibus quidam. *Dn. ab Andler Jurisp. publ. & priv. lib. II. tit. 1. p. 1. n. 14. Pauwm. de Jurisd. c. 6. n. 11. Stephan. de Jurisd. lib. II. p. 1. c. 3. n. 1.* Alii, & inter Protestantes quamplurimi hujus iudicii reformationem & ab Aula Cæsarea factam separationem tunc temporis tantum fuisse, & rectè probant. *Aut. des gründlichen Unterrichts p. 7. n. 2. Befold. de Jurisd. §. 12. in f. Limn. lib. IX. de Jure Publ. c. 4. Magnif. Dn. Textor. ad R. I. N. disp. 1. th. 24.* adeoque novam iudicii periodum, non novum iudicium constitutum, jam ante Fridericum III. Imperatorem in aula Cæsarea eodem nomine das Kayserliche Cammer Gericht / appellatum, demonstrant ex Rescripto Friderici III. in causa Henr. Bavaria Ducis apud Loudendorp. *lib. I. p. 16.* idemque numero & ratione essentia; sed reformationis intuitu diversum à pristino illo quod aulam Cæsaris hinc inde divagantem, sequebatur, referunt. *Befold. de Jurisd. d. §. 12. ceterisq; antea allegatis.* Fuit autem reformato huic iudicio Cameræ à Maximiliano I. Imperatore (sub titulo des Rönigl. Cammer Gerichts) non uti male putat *Blum. tit. III. n. 3.* quasi Maximilianus tunc temporis nondum fuisset Imperator; sed quia vel divus Imperator titulo Regis contentus, Imperii titulum, quem tunc non habebat, facile neglexit.

neglexit. *vid. D. Conring. de Germanorum Imperio Romano c. 12. vel*  
quia perinde habuit hoc vel illo titulo tam singulari quam con-  
iuncto in Reecessibus uti. *vid. R. U. de ao. 1512.* ) communi Statuum  
consensu ao. 1495. ult. Octob. primò Francofurtum ad Moenum in  
Comitiis Wormatiensibus assignatum R. U. zu Wormbs *de an. 1495.*  
*sub. tit. Ordnung des Röm. Käys. Cammer. Gerichts /* cui etiam ipse  
Imperator Maximilianus I. eodem anno d. 3. Novemb. in domo Ho-  
hen Braunfels interfuit, à Iudice Comite Friderico à Zöllern, Præsidi-  
bus & Assessoribus sacramentum recepit, ac gravissima oratione  
per Baronem Vitum de Wolckenstein habita, iisdem summi hujus  
tribunalis negotia, commendavit; Post biennium tamen statim Fran-  
cofurtum Wormatiam translatum est hoc iudicium, abhinc Noribergam,  
Ratisbonam, rursus Wormatiam, Noribergam, Eslingam, tan-  
demque in Comitiis Augustanis Statuum consensu anno 1527. Spi-  
tam pervenit, unde sine Imperatoris Statuumque voluntate transferri  
nequit *Roding. Pand. Cam. lib. 1. tit. 2. n. 2. seq. Blum. Proc. Cam. tit.*  
*IV. p. 2. Steph. de Jurisd. lib. II. p. 1. c. 3. n. 5. vid. R. U. zu Augsburg de*  
*anno 1530. Ord. Cam. p. 2. t. 34.* quanquam in publicis Imperii comi-  
tiis & novissimè in dieta Monasteriensi de eius translatione actum fuerit  
in securiorem & circulis inferioribus vicinum magis locum *Inst. Pac.*  
*Ces. Suc. art. V. §. præterea cum obenatas 20.* hætenus tamen nihil deci-  
sum exstat. *R. I. N. §. als auch bey dem / Blum. d. l. n. 17. 18.* Leges  
habet Camera vel ipsi in specie scriptas, licet posterioribus tem-  
poribus Iudicio Aulico communes factas, vel communes. De his  
in Superioribus jam dictum est. Illæ varæ diversis temporibus pro-  
mulgatæ Ordinationes sunt. Prima est à Maximiliano I. anno 1495.  
7. August. publici juris facta. *vid. Ord. Cam. de ao. 1495. 1496. 1500. 1507.*  
1517. Secunda est Caroli V. quia enim ille prioribus varias addi-  
derat Ordinationes, quæ omnes, cum in Reecessibus Imperii & Or-  
dinationibus Cameræ confusè deprehenderentur, insuperque qui-  
dam articuli aliqua declaratione, quidam decisione nova indige-  
rent, prædictus Imperator gloriosissimus anno 1548 omnes in for-  
mam certam redegit, multis verò post auctis Frater Ferdinandus I.  
in comitiis Augustanis promulgavit, secus quam errat *Blum. in Proc.*  
*Cam. tit. 2. n. 4. anno 1555. vid. O. C. de ao. 1555. præf. Tandem, tertia Ru-*  
*dolpho II. Imperatori adscribitur, qui ea omnia, quæ insequenti-*  
*bus temporibus pro circumstantiis causarum multis in locis per Re-*  
*cessus*

cessus Imperii, Députationes, Vistationes &c. adjecta erant; in unum volumen congerere mandavit: Ad cuius iussum Ordinatio hæc nova quidem conscripta ac Statibus communicata, nunquam tamen ratificata est, nec ratificabitur forsan. Nominatur vulgò concept *der Cammer-Gerichts-Ordnung. Blum. in Proc. Cam. tit. 2. n. 1. 2. 3. seqq.* Dicendum jam esset de personis constituentibus ac constitutivis, aliisque materiis ad Cameram pertinentibus; sed quia extra institutum est; *consulatur celeberr. Dn. Textor. in disp. ad R. I. N. disp. 2. lib. 14. usque ad lib. 40.* Ordo jam exigit in qualitatem Jurisdictionis Cameræ inquirere. Et ante omnia tenendum est, eam à solo Cæsare, non conjunctim ac ab illo & Statibus simul tributam esse. *Pauwm. de Jurisd. lib. II. c. 6. n. 18.* Patet enim ex superioribus jus Imperatorium possidendi exercendique summam Jurisdictionem omni ævo penes Cæsares remansisse, nec unquam ad Status ita migrasse, ut illi eam sibi in Capitulationibus communem cum Cæsaribus fecerint. *conf. Lampad. de R. R. G. part. III. c. 16. n. 8. 9. & Boëclerus lib. XXII. Novit. Imp. c. 2.* hinc neque ut universi, neque ut singuli cum Cæsare potuerunt Cameræ jurisdictionem dare: Non illo modo: quia nunquam in societatem supremæ Jurisdictionis ascendisse constat, per modo dicta; non hoc: atque tunc, nec in Constatus seu immediatos alios, nec in horum subditos; sed neque illò respectu: cum Ordines tanquam pares inter sese mutuo nullam habeant jurisdictionem. *Schubhard. tit. de Austrag. c. 2. n. 50.* nam par in parem non habet jurisdictionem *per l. 4. ff. de recept. l. 58. ff. de Judic. l. 14. ff. de Jurisd. l. 13. §. 4. ad SC. Trebell.* neque hoc potuerunt: quia horum subditi non subjacent alterius jurisdictioni. Hinc solum Cæsarem jurisdictionem Cameræ concessisse inferendum est. *Ampliss. Dn. Deckherr. in Vind. Blum. tit. 25.* Opus quidem fuit Statuum Imperii consensu ad illam realem translationem judicii, novamque legem constituendam, quia non fuisset aliud, quam novum Magistratum Imperio præficere, vel leges novas componere, quod extra potestatem Cæsaris esse probant infinita Acta Imperii publica; ipsam autem jurisdictionem solus dedit, is qui sceptrum tradidit cum mandato justitiam sanctè administrandi, nempe Cæsar. Adeoque communi quidem Ordinum consensu quoad subjectum formam &c. modum expediendæ Jurisdictionis Camera instituta est, atque in eo juri suo Imperatorem quadantenus renunciaffe videtur, sed jurisdictione nihilo secius inviolabilis mansit ejus, qui in perpetua possessione jure

jure legitimo fuerat, nihilque renunciatum dici potest, nisi de quo verba expressè loquuntur, renuntiationes enim sunt stricti juris, nec ullis Imperii decretis aut constitutionibus Ordines simul Cameræ jurisdictionem, per ante dicta, concessisse relatum constat. *Paurm. de Jurisd. lib. II. c. 6. n. 16.* Huc accedit, quod Camera consistorium summi Principis esse dicatur, ipsum representet & vice ejus judicet. *Gail. lib. 1. obs. n. 7. Myns. Cent. 4. obs. 5.* rescripta omnia & decreta, (quod non, ut multi putant, civilitatis & otiosæ autoritatis, sed præcisæ summæque necessitatis est) sub nomine & sigillo ejus expediantur. *O. C. p. 3. t. 12. §. und solche. Roding. Pand. Cam. lib. I. tit. 3.* Officiales Cancellariæ omnes non in Ordinum sed Cæsaris nomen jurent? *O. C. p. 1. t. 3.* Sceptrum quoque imperiale in signum exercitiæ jurisdictionis Cæsareæ à Iudice Cameræ teneatur, quem Cæsar constituit. *O. C. p. 1. t. 4.* & quando Imperator Spira præsens est, Iudex & Assessores illud Majestati ejus debito modo offerant, eo ipso testantes Iurisdictionem sibi à Cæsare mandatam sub nomine ejus administrari. *conf. Paurm. de Jurisd. lib. II. c. 6. n. 19.* Hisce præsuppositis quaeritur. An jurisdictione Cameræ delegata seu mandata sit, an ordinaria seu propria? Omnis difficultas venit ex terminorum apud Politicos & Ictos diversa, ut supra monuimus, (illis populari, his strictiori,) acceptione. Nam & hoc addere licet, quod Politici duas personas, & hinc duas species, Majestatem & Iudices quoscunque; Icti verò tres, Majestatem, Magistratum, Iudicem delegatum, constituunt. Proinde juxta Politicos Iurisdictione Cameræ augustissimæ intuitu Cæsaris propria & ordinaria; ratione personarum nomine Cæsareæ Majestatis eam exercentium aliena, delegata, mandata est. Iuxta Ictos autem ex LL. Romanis Iurisdictionem æstimantes ordinaria seu propria omninò dicenda est, cum 1. ordinatione Imperii publica, quæ legis vim obtinet hanc jurisdictionem nacta sit Camera *arg. l. 6. ff. de Jurisd. 2.* morte Imperatoris non expiret. *arg. l. 6. ff. de Jurisd. l. 26. pr. ff. mand. vid. Blum. Proc. Cam. t. 25.* ubi & argumenta quæ in contrarium subornantur, refert. Ceterum licet à Camera non detur appellatio, licita tamen est revisio Actorum tanquam juris remedium subsidiarium *R. U. de anno 1500. §. es soll aber. R. U. de anno 1654. §. doch mit.* quo parti læsæ contra iniquitatem sententiæ à quâ appellari non potest, per novam Actorum inspectionem & ponderationem à personis, quibus hoc de jure permissum est, expediendam, autoritate Imperatoris sub-

venitur, vel confirmando Cameræ sententiam vel corrigendo O. C. p. 3. t. 53. Proinde interea temporis, quo acta revidentur, non licet Cameræ exequi sententiam, si causas alimentorum & mandatorum de relaxandis captivis exceperis. R. U. zu Speyr de anno 1600. §. als auch Streit fürgefallen / & belangend aber. Gail. lib. II. obs. 1. n. 24. R. U. zu Speyr de anno 1557. §. Wiewol ferner. R. U. zu Regenspurg de anno 1654. §. damit dann auch. Differt hæc Revisio ab illa, quæ fit ob summam non appellabilem, quæ remedium subsidiarium est, quo læsis per sententiam, à qua propter summam appellari non potest, per novam actorum inspectionem & ponderationem à facultate Juridica vel collegio Jctorum expediendam, auctoritate Imperatoria subvenitur. Habetque fundamentum tum in Recessu Deputationis de anno 1600. es soll aber den Unterthanen. tum R. U. zu Regenspurg de anno 1654. doch mit diesem zusatz. Similis est hæc Revisio Leuterationi Saxonica. Carpz. p. 1. c. 19. d. 13. n. 12. vid. Blum. P. C. t. 79. p. 11. Rording. lib. III. t. 61. Pand. Cam.

#### SECTIO IV.

#### De Concurrentia Judicii Aulici & Cameralis.

DE hac materia olim non tantum in Cathedra Academica, sed in ipsis quoque Imperii Comitibus publico nomine in lucem emissis scriptis graviter disputatum fuit. Ego, quicquid hinc colligere placuit, SALVO CUIUSQUE IURE, intellectum volo. Variæ autem circa hanc materiam moventur quæstiones, quarum 1. An Imperator cum Camera concurrentem Jurisdictionem habeat? Quam quæstionem tanquam absurdam quidam rejecerunt. Quidam, inter quos Gailus lib. 1. obs. 42. n. 3. Myns. Conf. 49. n. 5. Limn. enuch. lib. IV. c. 73. Hillig. ad Donell. lib. 17. Comm. c. 9. Lsi. N. eam neque absurdam neque impossibilem putarunt, ut ipse Imperator cum Camera concurrere possit, quia, ut illi referunt, Imperator Jurisdictionem non privativè aut abdicativè; sed cumulativè in Cameram transtulit. Verum prior sententia tanquam omnibus publicis Imperii Constitutionibus consona amplectenda omnino est. Nam ita Autor des gründlichen Unterrichts expressè refert. p. 50. §. So ist dero Churfürsten / vb.



vb. das zwischen der Kayserl. Majest. und dem Kayserl. Cammer-  
 Gericht per resum naturam keine concurrentia Jurisdictionis kö-  
 ne Statt haben / sintemahl die Jurisdiction, die in Camera admi-  
 nistrirt wird / eben der Kayserl. Majest. Jurisdiction ist und bleibet.  
 Finge enim Imperatorem duabus manibus justitiae scepra tenere,  
 iisque justitiam universo Imperio administrare, judicio aulico suo  
 & Camerali: Uti ipsum corpus à manibus quoad essentiam non  
 differt; sed vis operandi ab uno principio corpore scilicet in illas  
 simultaneè fluit ad necessitatem totius humani corporis operantes:  
 ita in iure dicendo judicia hæc suprema, Camerale & Aulicum,  
 manuum quasi operationes presentantia, quibus omnis iurisdicendi  
 vis ab eodem fonte seu principio, Cæsare, communicatur, essentia  
 non differunt; neque ipse Cæsar à Camera & Iudicio Aulico, quia  
 ejus Iudicia & operationes; neque ejus Jurisdiction ab horum po-  
 testate, quia utrique principium idem, diversa est; sed utrumque  
 iudicium sub motu Cæsareo simultaneè partibus sibi debitis fungi-  
 tur. Quemadmodum igitur anima in corpore humano, ratione  
 operationum cum manibus, & manus inter se, circa expe-  
 diendas totius corporis necessitates, concurrunt; ita & Cæsarem  
 cum duobus supremis Iudiciis, & duo summa hæc tribunalia inter  
 sese concurrere patet. Ex his itaq; facile resolvitur II. quæstio  
 circa concurrentiam à Dd. mota. An Cæsar cumulativè an priva-  
 tivè Jurisdictionem in Camera contulerit? Nec enim privativè  
 nec cumulativè Camera concessa est à Cæsare Jurisdiction, sed ea est  
 & manet Cæsaris, ejus nomine & sigillo omnia expediuntur.  
*Paurm. d. c. 6. n. 33.* prout Autor des gründlichen Unterrichts  
 innuit p. 47 das solche Jurisdiction weder privativè noch cumula-  
 tivè dem Kayserl. Cammer-Gericht gegeben worden / sondern die  
 Jurisdiction Camera und deren Exercitium ist und bleibet der Kayserl.  
 Majest. einen weg wie den andern eigen und bevor / und stehet  
 dieselbe nicht dem Kayserl. Cammer-Gericht zu / wird auch nicht  
 sub Camera Imperialis sondern sub Cæsaris nomine & autoritate  
 nec non sigillo administrirt, nicht anders als dieselbe nomine Impe-  
 ratoris durch das alte Cammer-Gericht / welches für Jahren dem  
 Hoff gefolget / exerciret und geübet worden / und durch den Kay-  
 serl. Hoff-Rath immer verwaltet werden könte und möchte. Quæ  
 itaque sub nomine tituloque Cæsaris deciduntur recte ipsa Cæsarea  
 Majest.

Majestas definisse dicitur per l. 1. in f. ff. de off. Praef. Praet. & impartiendo aliis auctoritatem omnia sua fecit. *Zaf. Conf. 10. n. 2. per l. 1. §. omnia C. de vet. j. enucl.* Nec ex Cæsaris in Camera absentia & in iudicio Aulico praesentia firmum argumentum in contrarium formari potest, nam illius absentia & praesentia purum accidens est; Et in Camera semper praesens est Imperator, & in iudicio Aulico non corpore; sed auctoritate, majestate; Possè etiam corpore praesentem esse iudicio Camerali quodcumque ei libuerit, sicut interdum iudicio Aulico (quod rarissimè tamen contingit, vices ejus gerente, sicut in Camera Iudice, ita ibi Praeside) quis ignorat? Nam & in prima reformatione Camerae anno 1495. Maximilianus I. gloriosissimus Imperator praesens erat, ut ex superiori sect. III. hujus partis patet, imò & Divum Maximilianum II. ao. 1570. in Comitibus Spirensibus sceptrum à senatu camerali in manus ejus resignatum mox reddidisse his additis verbis, ut in his Comitibus & in posterum solito more justitiam administrarent, refert *Aut. des gründlichen Unterrichts p. 48. §. darumb als.* Jam succedit Ill. quaestio. An iudicium aulicum in omnibus cum Camerali in jurisdictione concutrat? sensus est, an in iisdem causis, in quibus Camera, etiam iudicium Aulicum cognoscat. Quam à multis antea propter causas pacis religiosæ, bonorum Ecclesiasticorum &c in dubium vocatam quaestionem, hodiè affirmativè decisim evidentissimè probat *Instrum. Pac. art. V. §. 15. & 56. R. S. O. tit. 2. §. So wollen wir auch. 8. ob negotia Camerae & iudicio Aulico communia, vel in prima S. Q. vel in secunda, Appellationis, instantiis.* Illius intuitu 1. ratione personarum conveniuntur immediatè imperio subiecti in utroque iudicio, cum, aut, sine Status dignitate insignitibus Ecclesiastici illi sint vel Laici. *O. C. p. 2. l. 2. & 27. Gail. lib. 1. obs. 1. n. 39.* (quanquam Gailius d. l. ad actiones personales hoc restringat per l. f. C. ubi in rem actio, cum actiones reales in loco rei sitæ vel domicilii intentari debeant, & reus non obstante immediate coram iudice rei sitæ seu domicilii conveniri possit *Roding. Pand. Cam. lib. 1. tit. 4. n. 5.* nisi publicis imperii Constitutionibus aliisque modis legitimis vel pro parte, vel in totum exempti sint. *Blum Proc. Cam. tit. 26.* illo modo, ratione Aufragarum, hoc vero respectu Privilegiorum plenariæ, exemptionis quibus gaudent Dux Burgundia *juxta Burgundisch. Vertrag v. ausserhalb solchere*

Trans-

Transactio Augustana de anno 1548. quam exhibet Waremundus de Ehrenberg in appendice tractatus de fœderibus p. 350. 2. Archiduces Austriae. 3. Dux Lotharingiae excepto casu fractæ pacis & collectarum. vid. Waremund. de Ehrenberg d. l. p. 369. Lothringischer Vertrag de anno 1542. vers. Sonsten sollen Jacob. August. Thuanus. lib. V. histor. Myns. lib. V. obs. 8. n. 1. II. Negotia ratione causarum Camerae & senatui Aulico communia in res & factis dispescuntur. Facta ita esse comparata necesse est, ut vel simpliciter sine respectu immediatæ subjectionis tam ad Cameraam quam aulam Cæsaream possint devolvi, quarum sunt I. Causæ fractæ pacis religiosæ, quando aliquis religionis intuitu contra tenorem Ordinationis anno 1555. confirmatæ, in persona vel rebus ab alio turbatur N. U. zu Augspurg de anno 1555. Wir befehlen und gebieten, Anceps quidem olim ac magno fervore in utramque partem agitata erat quæstio, an ad Judicium Aulicum causæ hæc pertinerent? Protestantibus negativam, Catholicis affirmativam defendentibus. conf. Aut. der beständigen Information facti & juris wider die Dominantische Relation p. III. & seqq. & scriptum quorundam Protestantium Cæsari Rudolpho II. 10. Julii anno 1608. per Delegatos exhibitum. Cranius p. 347. distinguit quæstiones. Aut enim quæstio est, ait, An sine ulla concurrentiâ vel præventionis annexione causæ religionis Jurisdictionem Imperatoris fundent? Aut, An Imperator extra Cameraam in Aula de causis religionis cognoscere possit, ut cum Camera ejus cognitio concurrat & ex præventionis jure sit constituta. Ad priorè quæstionem affirmativè, ad posteriorem negativè respondet. vid. Limon. enucl. lib. IV. c. 73. n. 28. Purâ affirmativa tamen hodie obtinet sententia, propter Instrum. Pac. art. V. §. 20. vers. visitatio. N. S. D. I. II. §. 1. & §. So wollen wir auch 8. vid. Blum. in P. C. t. 28. Roding. P. C. t. 5. lib. 1. 2. Fundant Camerae & Judicii Aulici Jurisdictionem concurrentem, causæ fractæ pacis publicæ profanæ vulgò Landfrieden. O. C. p. 2. t. 21. pr. & §. ult. Gail. de P. P. 4. causæ violatorum privilegiorum Cæsareorum. Gail. 1. O. 1. n. 7. puta, si quis ratione violati privilegii Imperialis ad poenas eidem insertas agere velit. Gail. d. l. n. 7. Blum. t. 39. Rod. 1. 16. Deinde, cum respectu immediatæ subjectionis causæ utrique Judicio communes sunt, vel à parte rei & actoris simul, 1. causæ pignorationum Gail. tr. de pignorat. O. C. p. 2. t. 22. Blum. t. 32. Roding. 1. 10. 2. Litigiosæ possessionis, unde armorum & seditionis in imperio periculum imminere possit. O. C.

C

p. 2.

p. 2. t. 21. Blum. t. 31. Rod. I. 9. 3. Arrestorum, ubi immediatus alterum immediatum, vel ejus bona & subditos, aut horum bona, detinet, & ad oblatam cautionem de judicio sisti & judicatum solvi relaxare decretat. *vid. Gail. tr. de Arrestis. Magnif. Dn. Mevius tr. de Arrestis. Rec. Imp. de ao. 1570.*  
**§. Wann auch die Arresta, & de anno 1594. bey den Arresten sind.** vel à parte rei tantum: causæ 1. L. diffamari O. C. p. 2. t. 25. ita tamen, ut 1. diffamatus, immediatus imperii, *Gail. 1. O. 10. n. 1.* 2. diffamatio ipsa gravis & atrox *Gail. d. O. 10. n. 5.* 3. diffamationis documentum & probabilis notitia sit. *Blum. t. 36. Rod. P. C. I. 14.* 2. denegatæ vel protractæ justitiæ O. C. p. 1. t. 26. *Bl. t. 37. Rod. I. 15.* 3. relaxationis juramenti ad effectum agendi O. C. p. 2. t. 24. *Bl. 35. Rod. I. 13.* 4. mandatorum C. vel S. C. O. C. p. 2. t. 23. *Bl. 34. Rod. I. t. 2.* Hætenus de factis. Res utrique augustissimo Judicio communes respiciunt aut bona, tam Ecclesiastica quam secularia, feudalia, regalem dignitatem annexam habentia, si controversia circa illorum possessionem versetur *Gail. 1. O. 10. n. 12. & O. 30. n. 20. Bl. t. 41. Rod. P. C. I. 17.* aut vero actus quosdam Judiciales, quorum aliqui ex lege scriptis aliis ex præscriptione Cameræ asserti: 1. Commissiones pro recipiendis testibus ad perpetuam rei memoriam, imprimis, in testibus vel saltem reus contra quem testes produci debent, immediatus sit. *Gail. 1. O. 1. n. 16. & O. 93. n. 2. Blum. t. 52. n. 1. & 2. Rod. P. C. I. 18. n. 2.* 2. Executiones quarundam sententiarum, quas *Bl. d. t. 62. n. 5.* recenset 3. Tutorum ac Curatorum electiones & confirmationes. *Gail. 1. O. 1. n. 47. Bl. d. l. n. 11. & Rod. d. l. n. 5.* 4. confirmationes contractuum, transactionum, &c. *Mindan. de Proc. c. 12. n. 2.* 5. Adoptiones & Emancipationes. *Tennag. class. 2. c. 30.* Atque hæc sunt causæ S. Q. Judicio Aulico & Cameræ communes. Iam de causis Appellationum communibus, quæ in secunda instantia faciunt concurrentem, Cameræ cum judicio Aulico, jurisdictionem, quarum requisita: ut 1. fiant gradatim O. C. p. 2. t. 29. *in pr. Roding. P. C. lib. I. t. 20. n. 3. ubi habet limitationes & ampliationes* 2. ut summa sit appellabilis, quæ per multas variationes in R. I. N. §. vierters foll. 112. est 400. thalerorum in Capitali, & ut nunc putant, excluso simul computando interesse. *Roding. P. C. lib. I. t. 20. n. 15.* nisi privilegia majorem summam definiant, vel Index inferior beneficio de non appellando gaudeat. Prolixè hæc omnia tractantur à rerum Cameralium scriptoribus in privilegijs DD. Electro-

Electorum aliorumque S. R. Imperii Statutum, quando & intra quam summam ad Camera Imperialem aut Iudicium aulicum appellare non liceat v. *Gylm. symph. tom. 6.* Quod si vero in prima instantia jurisdictioni Camerae vel Iudicii Aulici quis subiectus sit, summae quantitas non attenditur. Privatus enim immediatum, Austragis non gaudentem, pro exigua summa in Camera vel Iudicio aulico convenire potest: talis fuit causa *Bender contra Craillsheim* anno 1584. introducta, ille enim sutor & civis Ulmenis erat, & hunc Nobilem in Camera pro 24. flor. *Schusterlohn* conveniebat & obtinebat 2. non attenditur summa praedicta quandoque ob aliam causae qualitatem, etiam in secunda instantia *R. A. de anno 1654. §. 112. ibi.* die umb rechten Zins und Nutzungen angestellte Proceß &c. künfftig auff 16. Rthler. &c. erhöht werden/ v. *R. A. des Deputations-Tags zu Speyer anno 1600. §. Biewol nun.* Ex his itaque patet, quod in iis causis omnibus relatis, Iudicium Aulicum cum Camerali habeat concurrentem jurisdictionem, adeoque mutua praeventio inter utrumque quoad eas (si unicum casum Camerae proprium in *O. C. p. 1. t. 49. §. 1. & R. A. de anno 1594. §. Hingegen aber 141. excipias*) obtineat, propterea; causae ob hanc litem pendentiam ab alterutro avocari nequeant. *Instrum. Pac. arr. V. §. ult. R. I. N. §. Ebenmäffig 166. R. H. O. d. §. 8.* Inducitur vero haec litem pendentia respectu rei per citationem ei legitime inchoatam per text. exp. in *R. H. O. tit. 2. §. So wollen wir auch 8. verb. Wann nemblich solche Sachen albereit durch aufgewürckte und insinuirte Citation anhängig gemacht worden. Mynf. lib IV. O. 26. Gail. I. O. 74. n. 17.* hac tamen addita cautione, ut citationi, uti natura omnium processuum in hoc puncto requirit, libellus vel insertus vel adjunctus sit, ut scire possit reus, ob quam causam ab actore conveniatur. *R. A. de ao. 1654. §. Diesem nechst. 34. inf. verb. damit der citirte.* At litem pendentia incipit à litem contestatione, ergo non à citatione sola? *R.* distinguendo inter litem pendentiam & praeventionem, quarum illa contestatione fit, haec secus, uti docet *Zanger. de Except.* Porro Actoris intuitu vis praeventionis sese exerit non solum à decreta citatione; sed & à die primi dati decreti ad supplicam, uti pronunciatum in causa *Jordanischer Erben contra Friedel 20. Octob. 1675. juxta vulgatos vero secus. v. Menoch. de A. I. Q. Cas. 202. n. 8.* Hinc quaestio oritur, ubi lis pendere dici possit, si ambo controversentes, actor & reus, à sententia inferioris Iudicis appellent, alter ad iudicium aulicum, alter

alter ad Cameram, ac unus in Camera prius quidem citationem impetret, alter autem citationem in Iudicio aulico trahi impetratam insinuari citius curet. R. in iudicio aulico, quia per citationem reo insinuatam inter iudices jurisdictionem concurrentem habentes præventio inducitur, per modo dicta. *Gall. 1. O. 29. n. 4. IV. Quæstio.* An Camera Imperialis cum iudicio aulico in omnibus causis huic competentibus, concurrat? seu, an qualem quantumque jurisdictionem Senatus aulicus habeat in causis, locis, & personis, eandem quoque Camera *αὐτὴν* vel *κατὰ πρῶτον* possideat? Quod propter notoriã Ordinationem iudicii aulici & Cameralis negant Dd. propter negotia causæ iudicio aulico specialiter reservatas. *vid. Dn. ab Andler. Jurisp. publ. & priv. lib. II. n. 21.* Quæ à Dd. vulgo ad duo summa revocantur capita, *δικαιοδοσίαν* & *νομοθεσίαν*, potestatem judiciariam & legislativam. Illa *δικαιοδοσία*, seu potestas secundum leges latas jus reddendi, completitur personas & res. Personarum ratione habitâ, rursus in prima vel secunda instantia. In prima, occurrunt personæ, quæ iudicio aulico singulariter reservatæ sunt, ut, iudicii aulici Præses, Consilarii, Cancellariæ inservientes personæ, Advocati, Procuratores, Agentes ordinarii & extraordinarii. *R. H. O. tit. 1. §. 1. Et ist. auch 9. §. tit. 7. §. 1. wo aber 14.* Non autem Cameræ Imperialis Assessores propter corruptionem nulliter vel iniquè iudicantes, uti male putat *Blunius in Proc. Cam. tit. 26. n. 12.* In secunda instantia personæ iudicio aulico specialiter reservatæ sunt, quæ à supremo Aulae Mareschallo appellant. *v. R. H. O. tit. II. §. Diereuil auch / de hujus supremi Mareschalli jurisdictione conf. Aut. Descript. status particularis Regimini Ferdinandi II. c. 8. Bertram. de Comitibus Imperii Rom. Germ. Memb. V.* Causæ reservatæ sunt vel territorii vel simpliciter rerum respectu. Illius modi sunt causæ Italicæ, quæ tamen consuetudine magis quam lege expressâ ad Aulicum iudicium à seculi decursu devolutæ sunt. *Inst. Pac. Cas. Gall. §. item conventum est. 97. Paurm. de Jurisd. lib. II. c. 4. n. 73. seqq. & lib. II. c. 6. n. 277.* Non verò causæ à iudicio Rotviliensi (extra appellationem tamen) ob denegatam vel protractam iustitiam aliamve causam ad superiorem devolvendæ per *O. C. p. 1. 27.* Res simpliciter consideratæ in criminales & civiles dispesci possunt. Illæ sunt, quæ poenam corporis infligendam important, per text. expressum *R. H. O. tit. 2. §. 1. ibi.* In summa was nach der unsehlbahren Justitien dirigiret werden soll quod

quod notabili exemplo in causa Köpffingen contra Dellingen confirmatum est. Civiles iterum sunt vel feudales vel allodiales. Feudales respiciunt ipsa feuda regalem dignitatem annexam habentia. *R. U. zu Wormbs de anno. 1521. tit. 7. O. C. p. 2. t. 7.* An autem hoc reservatum competat sine Paribus curiæ, litem hanc meam non facio, tanquam non in Academiis; sed inter summos Imperii Proceres agitandam. Affirmativam propugnat serenissima domus Saxonica, linea Darmstadina Hassiaca, & Badensis in Baden. *vid. Reinking de R. S. & E. lib. 1. cl. 4. c. 19. n. 3. Spreng. Jurisp. publ. L. 1. c. 15. Gaul. 1. obs. 29. n. 1. Pauromeist. de Jurisd. l. II. c. 4.* Negativam tenent illustrissimi possessores Ducatum, Iuliaz, Cliviaz & Bergæ, item linea Casselana Hassiaca, & domus Badensis Durlacensis. *vid. Limn. I. P. Tom. 2. c. 9. Monzamban. de statu Imp. Germ. c. 5. §. 15. Cassp. Klock. Vol. 1. Conf. 7. & Du. Conring. Dissert. deciv. Imp. Germ. Allodiales res versantur vel circa personæ dignitatem solam, vel res externas. Personæ dignitatem solam concernunt controversiæ de jure *prodesse* oris, vel sessionis prærogativa, quarum cognitio quidem Cæsari soli reservata est, per *R. U. zu Speyr de ao. 1570. §. damit nun diesen 161. R. U. zu Regensburg de ao. 1576. §. wann dann* III. communiter tamen ex quolibet collegio pro ratione litigantium adhibentur Deputati cum Cæsaris Commissariis. *conf. verò Collegii Electoralis memoriale Imperatori an: 1653. in controversia inter Episcopos Eichstædensem & Spirensen insinuatum. verb. Es solten Ihre Mayestet aus tragenden hohen Kayserlichen Ampt/ fürdersten / ohne Einholung anderwertigen / in dergleichen Fällen ohn herkommenen gutachten des Fürsten-Raths / dadurch den Herren Churfürsten (als Ihre Kayserl. Mayest. innersten geheimbsten Râthen) leichtlich præjudiciret werden fönnte) verfahren. Inventum hæcenus est litibus istis, quæ plene non facile componi possunt, provisionale seu suspensivum ali-quod remedium, quod Alternatio dicitur. *vid. Arum. 11. de sessionis prærogativa. Limn. tom. 2. add. 7. P. 4. 9. 103. vid. excellenriff. Scharen Schmid. s. i. p. tit. 33. n. 2.* Res externæ rerum allodialium agunt I. de jure vectigales controversas inter Electores & Status decidendi *v. Capit. Ferdin. III. 25. Capit. Leop. art. 24.* An autem Imperator causas vectigales coram Camerâ pendentes advocare possit? De novis post Capit. Leopold. affirmandum hoc est, non vero de veteribus *vid. tamen. Gaul. 1. o. 41. n. 3. & Monit Princip. ad Capit. Leop. art. 34. ub. das in Zoll-Sachen dem Cammer-Gericht***

die concurrentia Jurisdictionis nicht zu entziehen / vielweniger die daselbst schon rechthängige Sachen zu avociren. Not. verò, quod hoc reservatum maximè differat ab eo, quod in vectigalibus introducendis, abrogandis, aut mutandis, obtinet. *per Capit. Leopold. art. 21.* ubi nec vicini, quorum interest, excluduntur *v. d. art. Capit. Leop. v. b.* keinen Zoll von neuen geben / noch einige alte erhöhen oder progiren &c. *adde Monna Princip. ad d. a. 21. v. b.* das bey erkündigung der neuen Zölle / auch die benachbahrte und interressirende Stände der Gebühr zu vernehmen. 2. Si de privilegiorum à Cæsare concessorum validitate moveatur quæstio, solus Imperator judicat per Iudicium aulicum, *etiam quod jus civile l. ult. §. 1. v. b. si enim. C. de LL. l. 43. in pr. ff. de vulg. §. pup. subst. modb.* non in Electorum & Statuum præjudicium ea concessa fuerint *conf. Capit. Leop. art. 45. 3.* Iudiciales actus, quæ ad hanc classem referuntur, consistunt, vel in dando Iudice Auftragali, einen unparteyischen Obmann *O. C. p. 2. t. 4. §. zum Sechsten.* vel in decernendis Commissionibus, aut auftragalibus, *O. C. p. 2. t. 3. §. zum vierten 9. R. H. D. t. 2.* die weilen aber *s. aut aulicis, in quibus causis Cæsarea, ex feudali jure, vel alio titulo, immediatè fundata est jurisdictio, propter amicabilem decisionem, accersitis, aut ex unâ, aut utrâque religione, pro diversitate litigantium, Commissariis. R. H. D. d. t. 2. §. und weil auch 6. vnd. der Churfürsten und Stände bedencken vom Reichshoff-Rath anno 1641. in Cornis. is übergeben memb. 2. §.* So seind weniger nicht 2. Hactenus de causis & negotiis ad *divanodictay* spectantibus Iudicio aulico reservatis. Restat paucissimis agere de reservatis quæ circa *vopuDeolay* versantur. Hæ personas, vel res, concernunt, illæ, vel dignitatem solam, ut, 1. Reges (quales creaverunt Henricus IV. & Otto. III. Imperatores *Goldast. tom. 2. der Reichs-Satzungen*) Principes, Comites, Barones, creandi. *Adde. Capit. Ferdin. III. art. 47. verb.* bey collation Fürstl. und Gräfl. dignität vornehmlich dahin zu sehen / damit auf allen Fall dieselbe allein denen ertheilet werden / die es vor andern wohl meritiret / im Reich geseßen / und die Mittel haben / den affectirten Stand pro dignitate wohl aus zu führen. diversum obtinet in jure conferendi dignitatem Status Imperii *v. Monit. Princip. ad art. 45. Leop. Capit.* das der zukünftige Römische Kayser bey Verlehnung Fürstl. Dignitäten keinem session und Stimme auff Reichs conventen gebe &c. 2. Equites (An vero conduceret Impe-



Imperio novum Equitum ordinem introducere ad custodiendos Imperii fines, versus Hungariam &c. Actum fuit hac de re in Comitibus Ratisponensibus an. 1176. & tanquam res majoris momenti approbata quidem, ratione utilitatis; sed ad ulteriora comitia dilata fuit). Nobiles, Comites Palatinos, Doctores, Magistros, Poetas &c. creandi. 3. Academias erigendi *O. C. p. 1. t. 39.* Desgleichen (quanquam si accurate loqui velim, hæc & priora jura pertinebunt potius ad solum Casarem velejus Consilium secretius, non ad Judicium aulicum). Vel dignitatem cum re conjunctam, ut est investitura feudorum, hoc discrimine tamen, ut Electoralia & feuda Principum ipse Imperator conferat; de Comitibus, Baronatibus verd Judicium aulicum inveitiat. *conf. Const. Caroli. V. Vom Regiment zu Wormbs de an. 1527. §.* und behalten uns bevor die belehnung der Lehen und Regalien derjenigen / die sie unter den Zahnen öffentlich mit solemnitäten pflegen zu empffhaben / zu verleihen. *vid. Limn. enucl. l. 1. c. 8. verb. de collatione.* Vel singularem quandam dispensationem, quod referuntur i. legitimatio naturalium & spuriorum, hæc differentiâ, ut Imperator ipse Comitum, Baronum; aliorum verd per Comites Palatinos, legitimet, quibus hoc specialiter ab eo est concessum. *Sixtin. de Regal. c. 6. n. 104. Reink. de R. S. & E. lib. 1. cl. 5. c. 6. n. 128. seqq. 2.* Jus restituendi famam. *conf. l. 1. C. de sent. pass. §. restit. in integr. R. A. de anno: 1526. §.* und ist derohalben. R. A. zu Speyr *de anno. 1526. §.* und wiewohl der gemeine Mann. Sic Ferdin. I. rusticis seditionis famam & honorem restituit in Comitibus Augustanis ao. 1525. An autem Imp. vi hujus reservati Statum imperii in Bannum declaratum solus iterum eximere, & juri ac honori restituere possit? *v. art. 28. Cap. Leop. & Monst. Princip. add. Cap. dict. art. 16.* das hinführo kein Ehurfürst / Fürst / oder Stand des H. Reichs ohne gnugsame Uhrsach und ohne Vorwissen / Raht / und Bewilligung gesamer Stände in die Acht und Ober Acht gethan / gebracht oder erkläret / und hienieder aus derselben erledigt / genommen oder gesprochen &c. *v. samem ipsum art. 28. d. Cap. 3. concessio veniæ ætatis. conf. l. 1. C. de his qui ven. ar.* An autem ætatis veniam impetrans possit tutelam impuberum fratrum administrare? *vid. Arum. Vol. 2. diff. 2.* Denique ad res, seu in genere, ut privilegiorum concessio, confirmatio, extensio, seu in specie, consideratas, pertinet, i. jus condendæ civitatis tribuere, *Germ. Stadt-Recht geben, conf. Lampad. de R. R. G. p. 30.*

G. p. 3. c. 14. n. 2, Quod jus differt ab illo, quod est de recipien-  
do cive, Bürger-Recht geben vid. Maximiliani I. interdictum contra Al-  
bert. Comitum Mansfeld. de ao. 1514. 2. Ius concedendi moratorias per  
Imperium validas, aliàs, Quinquennales, Quinquenal, Eisen-  
Briefe/ dictas, cujus requisita sunt ad illas impetrandas, 1. jactura de-  
bitoris ex casu fortuito, 2. testimonium à magistratu loci. *conf.*  
*Reform. Polit. de anno. 1548. tit. 23. von verdorbenen Kaufleu-*  
*ten. Reform. Polit. Francos. de anno. 1577. t. 23. 3. Ius*  
*nundinarum solemnium, vulgò, Messen. conf. noviss. Resolut.*  
*Gravam. Serenis. Elect. Sax. p. Bon Justis Sachen. §. 78. 4. Ius*  
*stapularum, die freye Niederlag / Stapelgerechtigkeit. Besold. Thef.*  
*pract. voc. Stapelgerechtigkeit. de his aliisque vid. R. H. D. t. II. §. 1.*  
*Paurm. de Jurisd. lib. II. c. 6. n. 16. complectitur ea sequentibus, quod*  
*Iudicio Aulico, non tantum causarum ad Iurisdictionem Cæsaream per-*  
*tinentium disceptatio; sed & aliorum ferme omnium negotiorum ad*  
*Regalem Cæsarem, non autem totius Imperii potestatem, deliberatio*  
*concessa sit. Habet itaque in his causis omnibus, specialiter Iudicio Au-*  
*lico reservatis, Camera nullam concurrentem jurisdictionem ac conse-*  
*quenter præventionem nullam; sed mandata avocatoria; non quidem*  
*adversus Cameram; sed partem impetrantem, decernuntur, si à Cam-*  
*era in contrarium actum fuerit R. A. de anno 1654. §. ebenmäßig sole-*  
*len. 166. adde Capitul. Ferdin. IV. art. 24. & capitul. invictis. Leopoldi*  
*art. 24. De Iurisdictione hactenus augustissimorum Iudiciorum, Au-*  
*lici & Cameralis, fundata ratione causarum & personarum, ac con-*  
*currentia. Ordo jam exigisset, ut adnecteremus modum procedendi*  
*in utroque iudicio. Sed brevitate studio B. L. remitto ad Dd. qui de*  
*illis materiis sufficienter scripserunt.*

## SECTIO V.

### De Iudicio Rotvilenfi.

Iusto ordine progredior ad summa Imperii Iudicia particularia. Inter quæ  
primum locum obtinet Dicasterium Rotvilense das Kayse Hoff Ger-  
richt zu Rotweil, ab Imp. Conrado III. ao. 1146. (non vero anno 1147.  
ut multi putant, inter quos Steph. de Jurisd. lib. I. p. 1. c. 3. Limn. 7. P.  
lib. 9. c. 3. n. 2. Beck, in Syn. 7. P. c. 4. p. 114. quia eo anno, Iudicii tantum  
insti-

institutum, & singulari privilegio propter fidelem ei in defensione con-  
 tra Lotharium, obsidione urbem Rotvilensem per annum, & quod ex-  
 eurrit, cingentem, *Wehn. Comment. ad Ord. Rotvvil. in pref. & postea-*  
 quam Imperio jam potiretur, aliquot bellis navatam operam Rotvvi-  
 lã, ut sedi perpetuã, datum est. Quod à subsequentibus Imperatori-  
 bus, Carolo IV. Ruperto, Sigimundo, Alberto II. Friderico III. Ma-  
 ximiliano I. Carolo V. Max. II. Matthia, Ferdinando II. & III.  
 confirmatum est. *vid. Reform. Ord. Jud. Rotvv. Max. II. p. 2. c. 5. pr.*  
*vid. Illustris Dn. Mauriti dispus. de Judicio Rotvvilens.* Ipsam dignitatem  
 pratoriam verò, Hoff-Richter-Ampt/ Comites à Sultz ejusque familie  
 successores feudi titulo acceperunt, quam etiam adhuc tenent. *d. Ref.*  
*Ord. Rotvv. Max. II. c. 1. p. 2. Pauwm. de Jurisd. lib. II. c. 7. n. 4.* Depen-  
 det hoc iudicium à Cæsare solo, qui propterea ejus reformandi ac vi-  
 detandi facultatem habet. *arg. R. I. de anno 1570. §. und nach dem Bee-*  
*kerus syn. I. P. c. 4. n. 9. Linn. tom. 1. add. I. P. c. 3. n. 8. Schütz, I.*  
*Publ. de S. R. R. vol. 2. disp. 2. th. 2. ut & Magnif. Dn. Textor Disp. ad*  
*R. I. N. th. 83.* licet ejus visitatio rogatu Ordinum ex speciali Cæsaris  
 mandato Cameræ Visitatoribus aliquando injuncta fuerit. *R. U. zu Re-*  
*genspurg de anno 1532. §. 36. vers. haben uns Chur-Fürsten und Stän-*  
*de unterthänigst gebethen etc. welchen Visitatoren wir hiemif-*  
*gnugsame Gewalt geben. Wehn. O. Pract. lit. R.* Ordinationes, secun-  
 dum quas jus redditur, duæ sunt. Una, die Rotvveilisch alt Hoff-Ge-  
 richts-Ordnung / altera, quæ recentior est, Maximiliano II. adscribitur,  
 dicitur aliàs Reformatio Rotvvilensis, & adhuc in usu est. Cæ-  
 terum ipsa jurisdictio hujus tribunalis non univèrsalis in toto Imperio,  
 in omnes Imp. Rom. Germ. subjectos; sed in certo ac limitato tantum  
 districtu viget. *Wehner. in voce Rotvveilisch Hoff-Gericht! & qui ex illo, qua*  
*de Judicio hoc notavit pleraque desumpsit Pauwm. de Jurisd. lib. II. c. 7.*  
*NovoDeolow nullam habet hoc iudicium per. alleg. tit. f. §. ult. Reform. Max.*  
*II. p. 3.* Quoad dictione *Deolow* vero certum est *ex alleg. Reformat. eam pos-*  
 siedere contentiosam jurisdictionem, tam in causis civilibus quam crimi-  
 nalibus, & voluntariæ actus quosdam, Tutorum scilicet & Curatorum  
 dationes, donationes propter nuptias, cessionum, testamentorum, empti-  
 onum venditionum insinuationes, confirmationes. &c. *vid. d. Ref. Max. II.*  
*p. 2. c. 56.* Porro, ratione personarum competit ei jurisdictio in om-  
 nes, cujuscunque sint conditionis, in districtu designato comprehen-  
 sos; nisi per privilegia singularia reperiantur exempti, quales sunt i. Ele-  
 ctiores

D

ctores

flores in ejus districtu comprehensi propter notoriam A. B. tit. in  
 constitutionem, qui subditos suos, si contra actum fuerit, per literas avo-  
 cant. *d. Ref. Max. II. p. 2. tit. 4. pr. 2.* Principes quidam & Ordini-  
 ces, qui specialibus privilegiis pro se & subditis eximuntur, *Paurn-  
 d. l.* In casibus vero omni exceptione majoribus, seu reservatoriis, vul-  
 go, Ehehafften / quorum 30. in *d. Ref. p. 2. tit. 5.* numerantur, locum  
 non habent ista exemptionum privilegia. An autem privilegia hodie  
 wieder die Ehehafften in specie obtineri possint, quaritur? si de sola  
 Caesaris concessione sermo est, propter Maximil. I. Imp. privilegium, quo  
 omnia ejusmodi privilegia denegantur in futurum, negativam; si vero  
 de Caesaris & Statuum concessione simul, affirmativam, veriorum puto *cum  
 ampliss. Du. Textore d. l.* Privilegium autem Episcopi Argentinensis wieder  
 die Ehehafften à Camera olim attentum antiquius isto Rotvvilensibus  
 à Max. I. indulto, erat, *juxta Gylm. tom. 2. symph. p. 2. Vol. III.  
 n. 2.* Ceteroquin, Camera cum iudicio Rotvvilano in ejus di-  
 strictu quoad appellationes ab inferioribus curiis ita concurrat, ut  
 eo quodammodo superior sit, quia ab hoc ad eam tam in interlocu-  
 toriis quam definitivis appellatur, *R. A. zu Speyr de ao. 1570. §.  
 iii. 1.* quod ex praescriptione magis tamen, quam certa aliqua lege,  
 introductum nonnulli putant. Not. vero, quod Iurisdictioni Rotvvilens-  
 is in suo districtu magis fundata sit, quam Camerae per univrsum  
 Imperium, habet quippe non modo contra Status in suo districtu  
 comprehensos, ordinariam; sed etiam cum Statibus & Dominis lo-  
 corum concurrentem jurisdictionem *vid. Wehn. in Not.  
 d. p. 2. tit. 1. fol. 71. & seqq.* & Deputati Comitum de Sulz & Rot-  
 vvilensium ad Comitata ao. 1654. in Memoriali §. förderst. referebant:  
 das es mit ordentlichen Gerichts-Zwang/ ansehnlichen Bezirck/ und  
 sonderlichen Freyheiten / also gnädigst versehen und begabt/ das  
 dasselbe ordinariam & concurrentem Jurisdictionem mit und gegen  
 allen Ständen / und Obrigkeiten / so in diesem Bezirck geseßen/ in  
 allen und jeden Sachen ohne Eintrag und Hinderung männliches  
 habe. *v. excell. D. Textor d. diff. 1. th. 84.* De sigillo, quo tri-  
 bunal hoc utitur, tempore interregni, seu Vicariatus. *vid. Hop-  
 pingk. de jure sigillor. c. 5. n. 58.* De hujus iudicii abrogatione in Con-  
 ventione Osnabrugensi *juxta Instrum. Pac. Art. V. §. 20.* agebatur, sed  
 ut res magni momenti ad Comitata proxima remissa fuit, praesertim  
 quia

Comites de Sulz tanquam Iudices hereditarii, feudo non privandos esse sine causa, contendebant. Obinde in Comitibus noviss. de ao. 1654. mandatarii illorum omnium, quorum interesse vertitur, inter alia proponebant, demnach bey den Friedens tractaten &c. exhibet hoc scriptum *Dn. Scharen Schmid. in s. i. p. Cap. 55. m. 2. vid. tamen Monit. Princip. ad Capit. Leopold. art. 15. n. 5. vb.* das wegen des Kayserl. Hofes Gerichts solche vernehmung geschehe/ auff das diesem beschwerlichen Wesen/ vermittels derselben gänglichen abolition würcklich aus dem Grunde geholffen werde. *Limn. enucl. lib. IV. c. 74.* Ultimo loco not. intercedere Rotvvilensibus solemne cum Helvetiis foedus, sancitum ao. 1493. & renovatum ao. 1519. quo Helvetii, si quis illud iudicium, exceptis casibus denegatae iustitiae, illis eripere vellet; se eos contra quoscumque, esse defensores promittunt, *Wehn. in pr. Comm. ad Ord. Rotvvil.*

## SECTIO VI.

### Dereliquis S. R. G. I. Iudiciis summis particularibus.

Iudicium provinciale Sueviae, das Land-Gericht in Schwaben exercent Archiduces Austriae in certo districtu circa Ravensburgum quoad secularia, ecclesiastica, & militaria, nomine Vicariatus Imperialis, in omnes praedicto districtui subjectos, immediatos seu mediatos, exceptis iis, qui privilegium exemptionis Imperiale habent, *Oldenb. Limn. enucl. lib. IV. c. 74.* quo tamen non comprehenduntur casus reservatorii, Ehehafftinnen/ dicti, qui iuxta *Ordinat. edit. anno. 1618. Instruggii impressam part. 2. c. 5.* sunt 27. Habet vero hoc iudicium privilegium de non appellando. *d. Ordinat. p. 3. t. 12.* Hinc me legisse memini, Praefectum quendam ob tentatam appellationem aliquando non sine ludibrio suspensum fuisse. Alias, ab hoc iudicio appellandum poena est mille marcarum auri puri, *secundum d. Ordin. p. 3. t. 12. in. f.* Possident Archiduces Austriae illud duplici titulo, feudi & pignoris. *d. Ord. p. 3. t. 12. vid. Oldenburg. d. l.* Proinde se semper opposerunt ejus abrogationi *vid. Inst. Pac. Suec. art. V. sis. & Monit. Princip. ad Capit. Leopold. art. 15. n. 5. it. scriptum anno 1658. impressum, cuius inscriptio, Kurze doch gründliche Information was wichtig*

wichtigen und standhaftigen Ursachen das Kayserl. Land-Gericht in Schwaben nicht abollret / noch dem hochlöblichen Erz-Haus Österreich / wieder seine uhralte erlangte und durch beständige Übung hergebrachte treffentliche Freyheiten der rechtlichen Austräg halber icht neuës oder beschwerliches zugemuthet werden kan und soll.

Judicium provinciale Hagenoæ das Kayserl. Land-Gericht auff der Lauben zu Hagenau ex privilegio de ao. 1497. beneficium de non appellando prætendit; Camera tamen eo refragante appellationes recipit. *Oldenb. Limn. enucl. hb. IV. c. 75.* Habitant in ejus districtu ejusmodi, qui neminem nisi Cæsarem superiorem agnoscunt.

Judicium Herbipolense in Franconia das Kayserliche Land-Gericht in Francken hoc singulare habet, quod ab eo inverso ordine ad Episcopum Herbipolanum, non ad Cameram appelletur. *Dn. Scharenfch. s. i. p. c. 56. §. 4.*

Judicium provinciale Burggraviatus Norinbergici in Anspach / quod Onoldi est, Marchiones Brandenburgici in feudum ab Imperatore accipiunt, juxta *Gylm. tom. 1. symph. h. 3. Vol. 23.* Coeterum de abrogatione horum Judiciorum sæpius agitatum fuit, variis tamen causis impedito effectu. *add. Inst. Pac. d. art. V. fin. Monit. Princ. ad Capitul Leopold. art. 15. vb.* Wie auch des Weingartischen und anderer Land-Gerichte in Schwaben &c. vermittels derselben gänglichen abolition. &c. Num autem horum Iudiciorum ruina & abolitione sit è re Imperii? non est difficilius indaginis.

## PARS POSTERIOR

### SECTIO I.

#### De Judicio Austrægarum.

AD subalterna Imperii Rom. Germ. Judicia jam deveniendum est, inter quæ primum locum occupant Austrægæ, judicia illa, conventionem per consuetudinem probatam lege publica vel privilegio inducta, coram quibus Status & imperii Nobiles quidam in prima instantia conveniantur. *consultiss. Dn. Textor. Diss. III. ad Ro. I. N. th. 9. Ori-*

go illarum refertur ad seculum XIII. ubi Principes quidam  
 in diuturno illo interregno post Friderici II. obitum ob turbulentum  
 Imperii Statum & varias factiones Ordinum, modò hunc modò illum  
 Imperatorem eligentium, sibi de hisce spontaneis Judicibus prospexerunt,  
 qui ex æquo & bono causas inter se controversas deciderent,  
 & cum consuetudo hæc non universalis inter omnes Principes  
 fuerit, Maximil. I. Imp. in Comitibus Wormatiensibus de anno 1495.  
 confirmavit veteres Austragas, & cæteris Principibus etiam, qui nomina-  
 tum desuper non convenerant, certas concessit, *Magnificus Dn.  
 Coccejus h. t. Academia huius Rector splendidissimus, dissert. de Au-  
 strag. p. 18. q. 1. ampliss. Dn. D. Textor disp. ad R. I. N. III. th. 2.3.  
 Dn. Scharenfch. s. 1. p. c. 60. de Lentius tr. de Austrag. c. 3. th. 8.  
 Dn. Conring. de Judic. Non tamen conveniens veritati eorum opi-  
 nio est, qui omnem Austragarum institutionem Maximiliano I. adscri-  
 bunt, ut Pauv. de Jurisd. lib. II. c. 4. n. 141. Schubhard. de Austrag. c. 2.  
 Blum. Proc. Cam. tit. 27. n. 8. Cæterum illud constat Imperatorem Ma-  
 ximil. I. non solum; sed consentientibus Ordinibus, Austragarum uni-  
 versale jus potuisse concedere, quia de forma substantiali leges publi-  
 cas condendi omnino requiritur, tum Cæsaris, tum Statum Imperii con-  
 sensus mutuus. *Inst. Pac. art. 8. vers. gaudeant. Londendorp. Tom. 2. act.  
 publ. 1. tr. 4. p. 45. Strauch. Ex. Exot. 13. §. 15. Burgoldens. ad J. P. p. 2.  
 disc. 20. n. 9. & Magnif. Dn. Coccejus dissert. de Austrag. p. 20. q. 2. Di-  
 viduntur Austragæ in arbitrarías seu conventionales, & legitimas seu  
 communes. vid. Schütz Vol. 2. disp. 3. de Austrag. th. 3. Competunt  
 post sanctam legem pragmaticam omnibus Ordinibus, ut Statibus, als  
 den Ständen gebührende Austräge) arg. *Inst. Pac. art. V. §. visitatio. 56.  
 vide Schütz d. l. th. 6. usque ad 10. Laicis (tam regentibus regierenden  
 quam ultrà genitis seu apennagiatis, abgetheilten Herren. Consulest. Dn.  
 Coccejus d. l. q. 5.) & Ecclesiasticis (his tamen, non ut Ecclesiasticis;  
 sed ut characterem certum in O. C. expressum, v. g. Electoris, Princi-  
 pis &c. habentibus Schubhard. de Austrag. c. 3. imò electis seu postulatis;  
 licet nondum investitis, quia illis tantum tribuit electio & po-  
 stulatio, quantum secularibus, sanguis pactum & providentia. Ber-  
 tram. de Comit. th. 40. E. Fr. von Herden Grundfest. p. 1. c. 5. p. 37.)  
 Monzamban. de St. Imp. Germ. c. 2. §. 10. Excellentiss. Dn. Coccejus. de  
 Austrag. d. l. q. 3, & quibusdam Imperii Nobilibus, Excipiuntur. 1.  
 D 3. Rex:***

Rex Bohemix. 2. Archiduces Austria, 3. Duces Burgundix.  
 4. Locharingix, & denique 5. Civitates Imperiales. Quibus potestremis regulariter nullæ competunt, seu ab immediatis, seu mediatis conveniantur; quibus tamen competunt, non ex Ordinationis Maximiliani I. beneficio habent; sed aut præscriptione, aut speciali Cæsaris privilegio eas sibi competentes possident, quales sunt Strasburg / Nürnberg / Regenspurg / Dünckelspül / Eslingen / Neütlingen / Schweinfurt / Friedeberg &c. vid. Schvranm. de proc. lib. 1. c. 20. n. 3. Quare autem civitates Imperiales exclusæ fuerint ab Austragarum jure? poterit hæc forsân esse ratio, quod concessionibus ejusmodi necterentur nodi & ambages inferioribus Ordinibus, & justitia cursus facillè interverteretur, si omnes hujusmodi primas instantias haberent, quamvis nec ipsæ civitates Imperiales eas desiderasse, vel unquam justitiam in primis instantiis declinasse, certum sit. Unicus *Fichardus Cons. 139. p. 2.* omnibus civitatibus Imperialibus Austragas addixit, quem tamen abundè convellunt præjudicia Cameralia in causa *Sachen-Lauenburg contra Lübeck. Maynß contra Erfurth. Mecklenburg contra Rostock.* à *Mindano de Proc. in Cam. extrah. lib. 2. c. 19. n. 22. allegata.* Sed quid de Capitulo immediato sede vacante, Episcopo sc. aut Prælato mortuo, statuendum est. *Gailius. obs. 30. n. 13.* Austragas Capitulo denegat, quod non sit status Imperii, quia tamen Statum repræsentat, ad Comititia vocatur, atque per defensorem ibi comparet, omnibusque aliis juribus fruitur, quibus prædefunctus Episcopus & Prælatus, meritò illas quoque eidem competere, dicendum videtur cum *Mindano. de proc. lib. 1. c. 19. Omnia. proc. Jud. disp. 4. n. 40. Arum. ad A. B. th. 24. Oldenb. Linn. enucl. lib. IV. c. 76.* Quamvis, ut *Spiræ* mihi relatum fuit, intra decennium Camera sex vicibus Capitulo Austragas denegaverit. Deinde quaeritur, An partes renunciare possint Austragis? Resp. reum quidem posse in sui; non vero actoris præjudicium. propter *l. pen. C. de pact. cum Magnif. Dn. Textor. d. disp. III. th. 18.* statuo. Porro Iurisdictionem Austragis competere ad unum. omnes statuunt, nisi quod *P. Denais. in præf. ad Lect. Jur. Cam. art. 3.* & quidam *Dd.* notionem tantum iis tribuant ex eo, quod non habeant executionem, cum jurisdictione, secundum *LL. civiles.* non sit sine executione *l. f. §. 1. de off. ej. cum. l. 99. de V. S.* verum quia Constitutiones Imperii publicæ, Judicium item Aulicum & Camerale Iurisdictioni-



Jurisdictionem iisdem non denegant, sine causa ea quoque non adimenda est. Plura de his in ipso conflictu, si detur ansa. Qualis nam autem Jurisdictio Austragis competat, ordinaria an delegata? dissentiant vehementer Autores, ut videre est *apud Limm. lib. IX. I. P. c. 5. n. 44. seqq. Rumelin. ad A. B. p. 2. d. 1. Arum. disc. 13. q. 15. Boc. de Jurisd. c. 7. n. 26. Blum. P. C. tit. 27. n. 12.* Ego, nec ordinariam, ut tamen *Arum. d. l. Schubh. de Ausf. c. 6. Bocer. d. l. n. 26. Ummius disp. 4. n. 41. Hunnius de Austrag. ib. 32. Blum. d. l. n. 12. defendunt*, nec delegatam *cum Mynf. 2. obs. 52. Gail. d. O. 1. n. 52. & 33. n. 3. Vult. in l. 1. C. de Jurisd. n. 85. Mindan. de proc. c. 18. n. 5. Pauwm. lib. II. de Jurisd. c. 4. n. 136. Steph. lib. II. p. 1. c. 3. n. 46.* illis adscribendam; sed mediam viam esse amplectendam, judico; Nam si Judices Austragarum in abstracto considerantur, ratione muneris, jurisdictio illorum, utpote Legibus Constitutionibusque Imperii delata, *v. O. C. p. 2. t. 2. 3. & 4.* ordinaria; si verò in concreto, ratione personarum, quatenus non proprio jure; sed alieno beneficio, partium electione & arbitrio habeant, delegata dicenda erit, *conf. Lampad. de R. R. G. p. 3. c. 16. n. 83. confirmat hanc sententiam consultiss. Dn. Textor. in disp. ad R. I. N. ib. 14. & 15.* ubi Austragarum jurisdictionem simpliciter nec ordinariam nec delegatam esse, sed modo quasi medio se habere, statuit; Causæ, de quibus Austragæ judicant, regulariter omnes sunt, quæ in judicium venire possunt, exceptis sequentibus: i. causæ ex constitutione religiosa *anno 1555. sancitâ, in Comitibus Augustanis, dependentes, aus dem Religions-Frieden: R. I. de anno 1555. §. Wir befehlen. O. C. p. 2. t. 9. Gail. I. O. I. & O. 2. n. 1. Syring. de Pace religiosa cl. 52. Lit. D. Dn. D. Coccejus d. l. §. 17.* quamvis quidem in §. und ob solche in *X. A. de anno 1555.* certus modus Austragarum constitutus fuerit; tamen ille tanquam de certis casibus ad alios perperam extenditur; Quando enim, e. g. Status Augustanæ confessionis alium ejusdem confessionis, vel Pontificius confessionis convenire vult, eo casu processus denegantur, uti observatum in Camera in causa *Thum-Capittel zu Lübeck* contra *St. Jacobs-Kirchen* daselbst 13. Junii anno 1587, item in causa *Ducum Pomeraniæ* contra *Duces Megapolitanos.* *Ant. decis. præjud. Cam. in verb. mandatum super constitutione Relig. §. quando turbans, ratio, quia constitutio pacis religiosæ inter Status utriusque religionis veteris & Augustanæ tantum est facta, unde merito effectum tantum*

tantum inter eosdem sortitur. 2. Causæ, quæ fundantur super confitione pacis profanæ, dem Land-Frieden. O. C. p. 2. tit. 9. Mich. de Jurisd. concl. 37. tit. 9. seqq. Gail. 1. O. 2. intelligendum vero hoc est, si actor in Camera; secus si coram ordinario & Austragis agere velit. O. C. p. 2. t. 10. §. und soll auch einen. Deputat. Abschied. de anno 1600. §. es werde nicht weniger. 3. Causæ Arrestorum. N. A. zu Speyr. de anno 1570. Gail. tr. de Arrest. c. 11. n. 1. Rod. P. C. lib. 1. tit. 11. 4. Litigiøsæ possessionis. O. C. p. 2. t. 21. in pr. exceptis tribus casibus ibi relatis. Gail. obs. 6. n. 1. Mind. d. l. c. 20. n. 1. Michael de Jurisd. concl. 37. 5. Causæ L. diffamari C. de ingenuis manumis. O. C. p. 2. t. 25. Gail. 1. O. 1. n. 15. sc. quoad punctum diffamationis, non causæ principalis, quæ ad Austragas pertinent. Gail. d. l. obs. 12. n. 1. Roding. d. l. 14. §. observandum 8. not. tamen, non in omnibus diffamationibus hoc procedere; sed quæ concernunt violationem pacis publicæ. Myns. cent. 5. obs. 87. Gail. 1. O. 9. n. 1. 6. Pignorationum O. C. d. p. 2. t. 22. Gail. 1. O. 1. n. 6. §. 8. §. in tr. de pignorat. 7. violatorum privilegiorum Cesareorum. ita Rudolph. II. anno 1591. 9. Augusti rescriptis, Wir allein oder unser Consistorium imperiale haben super privilegiis Imperatoris zu erkennen / in gleichen Fällen auch an unsern Cammer-Gericht jederzeit nothwendig Process erkannt worden sind. Gail. d. O. 1. n. 7. Rauch. 2. quest. 11. n. 143. §. seq. 8. Causæ denegatæ vel protractæ justitiæ O. C. p. 2. t. 26. 9. Relaxationis juramenti ad effectum agendi. O. C. p. 2. t. 24. Gail. d. O. 1. n. 23. §. 22. Process. Deput. de anno 1600. §. bey unsern Kayserl. Cammer-Gericht. §. §. seqq. gleichermassen. 9. Ob continentiam causarum Austragæ cessant. Gail. d. O. 1. n. 22. §. O. 32. Mind. d. l. 6. §. 10. Causæ tutelarum & curatarum. Gail. d. l. n. 47. sc. quando ordinandis, confirmandis, & exonerandis tutoribus & curatoribus agitur. Mind. c. 12. n. 2. Schwaanm. Obs. pr. Cam. 25. n. 55. c. 20. n. 2. 12. Causæ executivæ. Aut. prejud. Cam. vers. mandata de solvendo. 13. Privilegiatæ. Aut. vot. Cam. 4. p. 2. tom. 2. op. Gylne in symph. 14. Commissionum ad perpetuam rei memoriam Thom. Mich. de Jurisd. concl. 37. Lit. F. Ruland. de Commiss. p. 2. lib. 1. c. 2. n. 8. nam quæ mero officio Iudicis, non jure actionis veniunt, ad Austragas non pertinent, quia hoc pacto Austragis nullum præjudicium fit. Schub. de Austrag. c. 9. n. 37. 15. Causæ feudales de Ducatu, Marchionatu, Principatu, &c. O. C. p. 2. tit. 7. nec 16. de reliquis causis feuda-

feudalibus Austragæ judicant, nam vasallus volens Principem vel Coni-  
tem Imperii in causa feudali convenire, Pares Curia, non Austragarum  
Judices adire debet; si vero ipsum Dominum agnoscere, & se ejus fide-  
lem profiteri, detrectat, Camerae vel Judicii aulici tribunal eligen-  
dum est. *Myns, Cent. V: obs. 78.* Referuntur adhuc aliæ causæ à Dd.  
ad hanc classens, sed brevitatis studio omittere eas placuit, *vid. Schwannm.*  
*in Proc. suo lib. I. c. 7. Denais. Jus Cam. c. 1. 63.* An vero criminales cau-  
sæ etiam ad Austragas pertineant? Cum *Celeberrimo Dn. Coccejo d. l.*  
*§. 10. Blumio in P. C. tit. 27. n. 180. Schubhard. d. c. 5. n. 18. de Austrag.*  
excludendas puto, quia quæ specialem concessionem requirunt, sub  
generali nunquam veniunt, *per l. 1. §. 1. de off. ej. confirmat hanc*  
*sententiam constit. Frider. II. c. 4. vers. Wo es aber gehet an ihr Leib daß*  
*wollen wir selber richten. Goldast. Statut. Imp. tom. 1. part. 1. p. 81.* In  
contraria sententia sunt *Mind. de Process. c. 9. n. 1. Umm. de proc. Jud.*  
*disp. 4. n. 51. aliique, vid. Schubh. d. l. ubi argumenta in contrarium al-*  
*lata resolvit.* De matrimonialibus causis ( sc. de constituendo vel dis-  
solvendo matrimonio agentibus; secus vero de accidentalibus quibus-  
dam) tandem tenendum est, eas non ad Austragas pertinere, contra  
ut sentiunt, *Mindan. de Proc. in Cam. extrah. l. 1. c. 10. m. 2. n. 4. Vult.*  
*ad l. 1. C. ubi Senat. l. clariss. n. 49.* Sed Pontificiorum causas matrimonia-  
les ad Papam, Augustanæ confessionis addictorum, nec ad Austragas,  
nec Cameraam; sed solum Cæsarem pertinere. *Lentius tr. de Austrag.*  
*c. 5. n. 32. de jure divino, gentium, & civili. Schubhard. tr. de Austrag. n. 106.*  
Obiter not. causas matrimoniale, non spiritualibus causis, ut faciunt Ca-  
nonistæ *c. multorum. 35. q. 6. c. causam. 16. de off. delegati.* sed secularibus ad-  
numerandas esse. *Lentius de Austrag. c. 5. n. 32. Reink. de R. S. & E. lib. 3.*  
*cl. 1. c. 10. n. 31.* Ultimo loco posset quæri An judicium Aulicum jurisdicti-  
onem concurrentem cum Austragis habeat? *Paurm. lib. II. de Jurisd. c. 4.*  
*n. 139. seqq.* late defendit, de restringenda Camerae, non autem minuenda  
ordinaria Cæsaris jurisdictione, in concessione privilegiorum primæ instan-  
tiæ actum fuisse. Sed quid juvat rationes dubitandi amplius movere,  
quæ per *R. I. N. §. Was den Churfürsten/ & Inst. Pac. art. V. §. Vi-*  
*situatio. vers. cetera.* Camera non minus quam Judicium aulicum ad Au-  
stragas observandas adstringitur. *Capit. Leopold. art. 18. R. H. D.*  
*de anno 1614. tit. 2. §. Wir befehlen. ibi. daß die Privilegia der ersten*  
*Inständen in acht zu nehmen. vid. Monit. Statutum ad Capit. Leop.*  
*art. 15. n. 2. Reink. d. l. lib. II. cl. 11. c. 16. n. 10. Dn. D. Textor ad R. I. N.*

E

Disp.

Disp. III. th. 24. De Jure procedendi aliisque requisitis vid. Blum. d. 1. m. 27. Rod. P. C. lib. I. c. 2. 3. seqq. Steph. de Jurisd. lib. II. c. 3. memb. 3.

SECTIO II.

De Statuum S. R. G. I. Jurisdictione.

Subalternam seu analogam Status Imperii habent majestatem quandam in suis territoriis, propter Jus Statuum sublime, seu territoriales, *Volkmar. de Jure Princip. c. 7.* nam duplex est eorum in Imperio respectus: unus ratione Imperii, ubi sunt Optimates & Coimperantes, alter ratione territorii: ubi sunt Imperantes & quasi Reges (praesertim si verum est publici Juris Doctorum axioma, ut eam habens dici queat Imperator *Steph. de Jurisd. lib. II. p. 1. c. 6. n. 8. & late. Reinking. de R. S. & E. lib. 1. cl. 5. c. 6.* quod tamen negat eruditissimus Lampadius, non sine ratione, *de R. R. G. p. 3. c. 3.*) Vocatur aliàs ex stylo curiae Germanicae, respectu Principum, Comitum &c. Die Landes- Fürstliche/ Gräffliche/ hohe Obrigkeit / respectu Civitatum Imperialium, die Landes- Ober/ und Herrlichkeit. *R. A. zu Augspurg de ao. 1548. §. wiewohl.* ratione illorum personale, harum autem, reale quoddam jus est *Steph. de Jurisd. lib. II. p. 1. c. 7. n. 18.* Causa ejus nomine Imperii est Imperator, quatenus juxta leges publicas alicui jus territorii & Status confert, adhibito, quorum opus est, consensu Statuum *vid. Capit. Leopold. art. 44.* Hujus autem juris constitutio vel, noviter vit, vel jam facta procedit. Illo modo iterum aut tacite, per lapsum temporis, praescriptionem, *Knich, de jure territorii c. 3. n. 113.* aut expresse, quando Imperator aliquem in numerum Statuum mediante scilicet habili territorio recipit, ut in civitatibus Imperialibus liberis n'u venit. *Ruij. Ruland. de Commiss. p. 2. lib. 5. c. 4. n. 4. Scipio. Gentilis de Jurisd. lib. III. c. 22.* aut quando feudum regale apertum ritè iuxta *Capitul. Leopold. art. 30.* alicui iterum concedit. *Matth. Steph. de Jurisd. de tr. lib. II. p. 1. c. 7. n. 125.* Hoc vero contingit, vel per successionem agnaticam *Knich d. tr. c. 1. n. 188.* vel per pactum contraternitatis, vel electionem in Ecclesiastico *c. cum olim 14. X. de major. & obed. Gal. 1. o. 20.* Habent vero vi hujus Juris absolutam quandam potestatem respectu subditorum, ut inter alia maximi momenti jura, regale circa justitiam

justitiam possideant, r. potestatem scilicet, leges ferendi. *Brantlach. lib. 7. c. 4. Epit. Juris publ. consultiss. Dn. Scharenfch. s. i. p. cap. 55. §. 3. ad quas etiam Camera in pronunciatione sententiarum observandas adstringitur. O. C. p. 1. t. 59. Von des Kayserlichen Cammer-Richters und Beyseigers Eydt. ibi. nachredlichen / ehrbahren und Landischen Ordnungen / statuten, und gewohnheiten der Fürstenthumb / Herrschafft und Gerichten* Sec. 2. potestatem juxta leges latas judicandi in omnibus causis, criminalibus & civilibus. Hujus intuitu erigunt in territoriis varia dicasteria.

### SECTIO III.

#### De Statuum S. R. G. Imperii Tribunalibus.

**V**aria Status Imperii habent Iudicia (tamen ne materia nimium excresecat.) satis fuerit ea per generales quasdam distinctiones adducere. Recessus imperii novissimus de ao. 1654. §. Sehen demnach distinguit Statuum tribunalia in hohe und nieder- Gericht / ratione gradus, non objecti habitâ. *celeberr. Dn. Textor Disp. II. th. 1. ad R. I. N. Illa sunt, ad quæ, hæc, de quibus datur provocatio. Ut vero Ordines imperii in triplici classa sunt* *Reinking. de R. S. & E. lib. 1. cl. 4. c. 3. n. 1. 2. Lampad. de R. R. G. p. 3. c. 3. n. 22. & 23. sic constituta ab illis Iudicia variant.* In Saxonia Electorali summum Iudicium Dresdense appellatur, Appellations-Gericht / Tribunal Appellationis. Sereniss. Elector Brandenburgicus Iudicium Camerale. ein Cammer-Gericht Colonia ad Suevum, & Potentiss. Elector Palatinus Heidelbergæ Iudicium Aulicum, ein Hoff-Gericht habet. In Ducatu Württembergico Aulicum & revisorium reperitur dicasterium, ein Hoff und Revisions Gericht. Comites loco superiorum Iudiciorum habent Cancellarias, ad quas à Præfectis & Schultetis provocatur. In Urbibus Imperialibus superius Iudicium constituit vel totus ordo senatorius, vel aliquis secretus senatus, vel Camera alius quod Iudicium, quod appellationes ab inferioribus Iudiciis Stadt Gerichten devolvuntur. *Dn. Scharenfch. s. i. p. c. 76. Inferiora Statuum Iudicia sunt Principum, Comitum, civitatum Imperialium Præfecturæ & Iudicia minora Urbica, Stadt = Gericht / Nieder = Gericht*

Gericht per provincias, seu in ipsis civitatibus constituta. In S. R. I. libera & illustri Republica Lubeca (quemadmodum etiam in illis, quæ jure Lubecensi utuntur civitatibus) duplex Judicium inferius & superius, Nieder und Ober-Gericht est. Coram illo quarumcunque causarum; criminalium & civilium, nisi quædam exceptæ reperiantur, prima instantia est, & ei ex senatorio ordine magnifico præficiuntur quidam, Iudices, Richter/ dicti, *B. Dn. Mevius ad Jus Lub. hb. V. tit. 1. n. 2. segq.* Superius Judicium, das Obergericht totus Senatus illustris constituit, dirigente Consule regente magnifico, & in eo causæ vel reservatæ vel per appellationem eò devolutæ adjudicantur. *B. Dn. Mevius d. l. n. 2.* Quæritur jam, quam possideant Jurisdictionem Iudices in inferiori Judicio, ordinariam an delegatam? Ex ante dicta terminorum horum, acceptione, existimo, Jurisdictionem in abstracto consideratam, utpote lege & consuetudinæ tributam, ordinariam, in concreto ratione personarum judicantium, delegatam esse, cum ex mandato Senatus judicium exercent, *vid. Dn. Mevius ad Jus Lub. hb. V. tit. 3. art. 6.* Denique not. judicium sub diversa qualitate rebus judicandis præesse, quæ ab appellante, ut removeat sententiam confirmatoriam in appellabilem rite probanda, sicut judicatum in Camera 20. Octob. anno 1675. in hæc verba. In causa C. S. wieder A. P. und Consorten Appellationis. Seindt Lt. H. und D. S. ihre der non devolution halber geschæhene begehren/ noch zur zeit abgeschlagen/ sondern von Amts wegen der bescheidt/ wûrde Appellant der gebûhr darthun und bescheinen/ das die den 1. Decemb. anno 1675. gefälte sententia à qua, von einer andern Instantz Richtern/ als die den 3. Aprilis anno 1668. ergangene Urthel/ ausgesprochen worden sey/ oder aber das ohne erachtet beede Brthel von einem Richter gefället worden/ dannaoh von selbigen als von einem subordinato remedio ordinario an dieses Kayserl. Cammer-Gericht appelliret werden könne/ worzu ihm Zeit 6. Wochen pro termino & prorogatione von Amts wegen hiemit angesehset wird/ Das darauff in der Sachen ferner ergehen soll/ was recht ist.

#### SECTIO IV.

#### De concurrentia Jurisdictionis Imperatoris in Statuum territorii.

Diversæ hîc sunt Autorum sententiæ; Nonnulli qui ex jure veteri latino hodierna Statuum jura metiuntur, concurrentiam cumulativam

vam defendunt, ex veteri ista summarum dignitatum administrativa concessione, & quod Imperator superioritatem summam in concessione ditonum sibi reservaverit *juxta c. dudum §. hoc igitur de Prabend. in 6.* At ex superioribus patet, ex veteri Romanorum jure non licere argumentari ad hodiernum Reipublicæ Statum, jurisdictio enim tunc temporis non fuit in commercio; sed Reip. Romanæ partimonio, secus autem hodie, ubi Status Imperii jure hereditario sunt investiti, & jurisditionem non administratorio amplius titulo; sed jure patrimonii in vim utilis Domini possident, *ampliss. D. Textor de Rat. Stat. c. 2. p. 15. §. seqq. & novissime Casarius Fürstenerius de Jure supremæ. Deinde constat, superioritatis sentiam non in eo consistere, ut cum quolibet inferiore superior concurrat; sed ut ab omnibus tanquam superior recognoscatur, & ad eum, velut centrum ultimum per viam provocationis, S. Q. nullitatis, protracte & denegate, justitiæ, aliisque casibus recurratur. Nonnulli Imperatorem in Statuum territoriis privativè concurrere existimant propter principales concedendæ juris territorialis modos, præscriptionem scilicet & investituram. N. A. zu Augspurg de anno 1548. §. Wann auch. Steph. de Jurisd. lib. 11. p. 1. c. 7. n. 122. §. 139. Verum licet hæc, tanquam species contractus, privativè transferat cum jure territoriali jurisditionem. Cravetta Conf. 41. n. 36. & illa juxta leges civiles per l. 3. ff. de usurpat. & usuc. l. 20. C. de pact. l. 10. §. ff. de A. R. D. jura cujusque rei plena adjiciat; quia tamen Imperator non in omnibus jurisditionem abdicavit; sed convenienti modo, in casibus S. Q. nullitatis, & aliis ipsi adhuc integra remansit. Reink. de R. S. & E. lib. 1. cl. 5. c. 6. n. 95. seqq. atque à præscriptione juris civilis in causis privatis ad publica Imperii negotia insufficienti argumentum ducatur, subordinativam concurrentiam habere Imperatorem judicio, nam ubi Status alicujus jurisdictio deficit, Cæsaris tanquam eminentior incipit. Huc accedit quod constitutionibus Imperii cautum si, ne subditi Statuum evocentur. O. C. p. 2. r. 1. in pr. l. 5. §. 8. & O. C. de anno 1495. rubr. die Unterthanen in ihren ordentlichen Gerichten bleiben zu lassen. limitantur vero prædicta 1. in casibus voluntariæ jurisditionis, Principum, Comitum, Baronum &c. creatione 2. in iis, quæ immediatè publicam imperii salutem concernunt, quorum intuitu Imperator mandata publicare, infirmare, affigere potest. 3. in collectis imperii N. A. zu Regenspurg de anno 1576. §. und demnach sollen. Sed an Imperator, si in Statuum territoria descendat, jurisdictio eorum quiescat 2. Mul-*

E 2

torum

torum error hoc repetit & sequitur axioma; superiore ingrediente districtum inferioris, jurisdictionem hujus quiescere. *Rittersh. in descriptione vitæ Friderici I. Imperatoris.* Quo tamen nihil falsius est, si indistinctè accipiatur. Etsi enim precariam aut vicariam à superiore administrationem habens tacere debeat, quandò adest superior; ei tamen qui peculiari jurisdictione instructus est, jus suum non tollit præsentia superioris. *Rosenthal de Feudis c. 5. concl. 5. n. 4.* Rectè quidem negat *Rein king.* hanc quæstionem de R. S. & E. lib. 1. d. 5. c. 17. ratione tamen minus firmà, quia, ut ait, sua cuique servanda jurisdictionis est, ne confusio oriatur. Poterat distinguere inter jurisdictionem parem & subparem seu inferiorem, exemplo l. 11. 11. 3. ff. de off. Procons. & legati, ubi legatum Proconsulis dicitur habere quidem jurisdictionem; sed simulatque Pro-Consul advenerit, eam quiescere. Quia vero nec hoc satis quadrat, vera decidendi ratio petenda erit ex collatione jurisdictionum Imperatoris abdicativa vel privativa juxta 2. Feud. 22. & 55. Præsertim quod omnimoda jurisdictionis civitatibus imperialibus ut plurimum præscriptione aut contractu oneroso quæsitã id exigat, quæ privativè quoad superiorem competit per ea quæ latè tradidit *Menoch. 2. præsumt. 18. n. 23. seqq. Cravetta Conf. 411. n. 31. & 33.* Verba vero in jure Saxonico lib. 3. art. 16. In welcher Stadt der König kompt / da sind ihm alle Gerichte geöffnet / und mus der Unter-Richter zu richten einhalten / & quod hodie Imperatori fines alicujus civitatis appropinquanti claves portarum & symbola militaria offerantur, honoris & reverentiæ tantum causa fieri, intelligenda puto vid. *Magnif. Mev. ad jus Lub. quæst. præm 3. n. 52. seqq.* nam in civitatibus imperialibus, teste rerum magistra experientia, ubi comitia habentur & Imperator cum omnibus Imperii Proceribus præsens est, nihilominus civitatis magistratui, durantibus Comitibus in suos subditos animatversio est; licet quoad legatos illorumque familiam ac advenas aliud obtineat. *Bertram. de Comitibus concl. 60. Arum. disc. I. P. 9.*

## SECTIO V.

De concurrentia Jurisdictionis Statuum Imperii cum vasallis eorum cum jurisdictione investitis & civitatibus municipalibus.

Quemadmodum Imperatori universalis, omnes in Imperio, ita

Sta



Statibus particularis jurisdictionis intuitu omnes in territorio degen-  
tes, quamvis diverso respectu subiciuntur. *Knich. de pact. invest.*  
*p. 2. c. 2. n. 129. Gylm. tom. 1. symph. p. 1. f. 239. n. 18.* Statibus enim  
multo fortius obligantur subditi, quam Imperatori Status *Steph.*  
*de Jurisd. lib. II. p. 1. c. 7. n. 54.* Proprio & patrimoniali jure Status  
jurisdictiones possident, vasalli cum jurisdictione investiti & civitates  
municipales adjumento tantum sunt in justitiæ administratione.  
*Menoch. 2. presunt. 18. n. 9.* & propterea Status fundatam habent in-  
tentionem in omnes, mediatos seu immediatos, ratione juris terri-  
torialis der Landes-Herrschaft. & hohen Obrigkeit *Knich. de jure terræ. c.*  
*2. n. 2. Es. c. 5 n. 127.* in prima & secunda instantia. *Molin. de con-*  
*suet. Paris. tit. de Fiefs. §. 3. n. 10. Steph. d. l. n. 54.* Nam quia Statuum  
magis Jurisdictio est, quam Vasallorum cum jurisdictione investi-  
torum *Wesemb. Conf. 95. n. 2.* & de consuetudine Germaniæ notoria  
referente *Knich. de jure terræ. c. 1. n. 149.* in concessione castri vel vil-  
læ cum aliqua potestate distringendi, tantum simplex jurisdictio ad-  
tutanda jura feudalia, exactionibus, quæ annuatim penduntur, in-  
serviens, salva superiori concedenti ordinaria jurisdictione ad va-  
sallos venit, per se patet consequenter. Status concurrere cumulative  
in eorum jurisdictione. Hinc jure meritoque adigunt eos ad remis-  
siones carceratorum, aut aliis modis detentorum. *Wesemb. Conf. 43.*  
*n. 15. 17. 21.* & mandata subditis & rusticis suis absque requisitio-  
ne insinuant, imò quodcumque licet, citant eos, aliaque, terri-  
torialis juris respectu, peragunt. *Cöler. de proc. execut. p. 3. c. 7. n. 31.* Dein-  
de, de civitatibus municipalibus constat, quod quicquid habeant in  
administratione, id Domini territorialis beneficio teneant, cui  
quia in totum subiciuntur, proprii sibi quicquam vindicare neque-  
unt, nisi consuetudine vel privilegio iis aliquod jus quæsitum est;  
cujus tamen semper ea natura est, & solemnis clausula, salvo su-  
perioris jure. *vid. Arnst. de jur. Maj. lib. 11. c. 2. §. 4.* proinde con-  
currit Status in statutis à civitate municipalis condendis, quatenus  
illa non antè rata sint, nisi ea confirmaverit *Heig 1. quest. 23. Schard. de*  
*Feud. 5. n. 3.* sed etiam in electis noviter, municipalium civium  
suffragiis, Consulibus, senatoribus, aliisque officialibus; illius con-  
firmatio necessaria est. *Steph. d. c. 2. n. 180.* quia maxime superioris  
interest scire per quos gubernacula civitatis teneantur ob rationum  
anniversariam, juxta locorum consuetudinem, redditionem, de ne-  
gotiis

gotiis universitatis *Steph. c. 2. n. 153. § 178.* & quæ alia Dd. congerunt circa hanc Statuum cum civitatibus municipalibus concurrentiam, quos consule *imprimis Steph. d. p. 1. c. 7. § c. 1. Cæpolla p. 2. c. n. 23. de S. R. P.* Hæc verò omnia intelligenda sunt, quando Princeps seu Status Cumulative jurisdictionem concessit Civitatibus suis. *Dn. Mev. ad jus Lub. quæst. præl. 3. n. 5. 6.* quid quod omnia hæc Vassallorum cum jurisdictione investitorum Civitatumque Provincialium jura ex privilegiis, moribus, aliisque pactis, potius limitanda, amplianda, quam juxta regulas juris communis decidenda sint. *Dn. Mev. ad jus Lub. quæst. 3. præl. n. 56.* Jure Lubecensi superioris & inferioris Judicii concurrentis est jurisdictionis juxta *art. 6. tit. 3. lib. V. I. L.* non tamen in mero arbitrio actoris est, ubi rerum convenire vult, sed huic integrum relictum est, eligere: an coram Senatu, an Iudice inferiori respondere malit, modò antequam citetur, id denunciet actori. *lib. V. tit. 3. act. 7. Jus Lub.* Post semel factam electionem aut citationem ab inferiori Iudice locus amplius non est remissioni causæ ad superius Iudicium invito iudice vel actore. *Dn. Mevius ad J. L. d. l. V. t. 3. a. 7. n. 2.* Sed an à Senatu citatus causæ remissionem ad inferius Iudicium rogans necessariò audiendus sit, & illo ulterius procedente, appellari possit? dubium facit beneficium duplicis instantiæ nemini auferendum; tamen *propter alleg. art. 7. negativa sententia* verior erit. *vid. Dn. Mev. ad h. art. n. 3.* Hæc sunt, quæ de intrinseca diffusaque hac materia mihi pro temporis ratione, quasi per indicem, reliqua, volente DEO, in accuratorem deductionem, alii loco & tempori referanti, in medium proferre licuit in qua, si alicubi erraverim, eo faciliorem mihi à B. L. cui me, meaque studia commendo, veniam spondeo.

SOLI DEO GLORIA.

VD-18

ULB Halle  
003 487 318 3



Sh

WMA







B.I.G.

Farbkarte #13

NAVGVRALIS 24

G. I. 1681, 6

ALTERNORVMO;  
VRISDICTIONE  
RRENTIA

T. MAXIMO

ANTE  
VTHORITATE  
RVM ORDINIS  
ILLUSTRISSIMA  
IVERSITATE  
RGENSI

IDE  
ISS. EXCELLENTISS;

E SPINA,

DOCTORE AC

IS PROFESSORE  
RIO  
SUSO COLENDISSIMO.

ENTIA

ONORES AC PRIVILEGIA  
EGITIME CONSEQVENDI  
DISQVITIONI

TO  
US MÖLLERUS

NSIS.  
R. M.DC.LXXXI. H. L. Q. C.

ERGÆ,  
IS AMMONII,